- non fortis ea ratione dicendus est sed magnanimus et patiens. Non igitur circa illorum timore versas fortitudo. Quod si inopia/egritudo/iuriæ/et flagella ex nostro vicio (vt nonnunquam fit) proueniant: ipsa quidem recta ratione timenda sunt: circa illorum tamen timore ex nostro vicio prouenientium minime consistit fortitudo: eadem porro ratione qua ostensum est circa timore infamie fortitudinem non consistere. ¶ Octaua questio. Quid fortitudini contrarium. Responso. Audacia et timiditas. Patet. quia circa timores et fiducia supabundantia atque defectus fortitudini contrariantur. Sed audacia et timiditas sunt circa timores et fiducia supabundantia et defectus: vt ex suis definitionibus constat. Igitur audacia et timiditas fortitudini contrariantur. ¶ Nona questio. Cui magis opponitur fortitudo: an audacie an timidiitati. Responso. Fortitudo magis opponitur timidiitati quam audacie. Patet. quia virtus magis contraria est vicio sibi dissimiliori. At timiditas vicio est dissimilior fortitudini quam audacia. Audax enim assimilatur forti quia plerumque aggreditur pericula: et liberat patriam licet incosulte. Timidus vero abstinet ab aggrediendis periculis. igitur fortitudo timidiitati quam audacie magis est contraria. ¶ Decima questio. Vtrum duorum viciorū est deterius: an audacia/an ne potius timiditas. Responso. Timiditas audacia deterior est. Patet. Nam magis oppositum bono/deterius est. Timiditas autem est viciū magis oppositum bono scilicet fortitudini: vt modo ostensum est. igitur timiditas audacia deterior est. ¶ Undecima. Qualis est qui ob paupertatem/amorem aut molestiam: mortem sibi optat et consciscit. Responso. Talis/timidus est et mollis. Vt plerumque bonorum externorum iacturam indigno ferentes animo: et proinde mortem sibi inferentes. Alij ob amoris vehemētiā vt Pyramus/Tisbe/Dido. Nonnulli ob molestiam aliquam: vt Lucretia illati stupri iuriā ferre non valēs se interemit/ob quod vituperanda est. Patet. Nam fugere laboriosa: timidus est atque mollis. Qui autem ob paupertatem/amorem/aut molestiam/mortem orat et petit: fugit laboriosa scilicet molestiam animi et perturbaciones/ quas adeo graue ei est proferre vt mortem existimet minus acerbam. igitur talis est timidus et mollis. ¶ Duodecima questio. Nonne fortis sustinet dolores delectatur. Responso. Delectatur. Quia qui propter finem honestum agit: ei profecto finis est delectabilis. sed fortis sustinet dolores/ propter finem honestum agit: scilicet defensionem sacre religionis aut patrie tutationem/parentium liberationem. igitur ei dolores sustinere finis est delectabilis. Itaque contemplatione ipsius finis/fortis dolores et vulnera proferens delectatur. Neque repugnat hec delectatio dolori siue molestie quam ex vulnerum inflictione patitur. Nam delectatio illa est solius animi: dolor autem tristitia est corporis et in organo corporeo. Modo delectatio incorporea tristitia corporee/sensibilis non contrariatur: cum non sint nata esse in eodem subiecto. ¶ Decimatertia questio. Nonne fortis in morte tristatur. Responso. Tristatur. Nam quanto aliquis sciens maiore bono priuatur: sane tanto magis in morte dolebit. Sed fortis imminente morte sciens priuatur magno bono scilicet officijs fortitudinis et ceterarum virtutum: quas si superuideret adhuc exerceret. igitur fortis in morte dolet quod amplius non potest operam suam prestare reipublice aut patrie liberande: quia ei adimittitur vita. Et hic dolor etiam est animi: non tamen repugnans delectationi quam in precedenti questione dictus est fortis etiam moriens habere. Quonia vt delectatio et tristitia eiusdem etiam subiecti opponantur: debet versari circa idem obiectum. huiusmodi autem delectatio et dolor quam habet fortis iam iam moriturus: non consistunt circa idem obiectum. Nempe delectatur contemplatione finis: et dolet consideratione officiorum virtutis que amplius pagere non poterit. ¶ Decimaquarta questio. Quando vir fortis/fortiter agit. Responso. Pro cultu diuino vir fortis fortius agit quam pro patria defendenda. Ita pro patria fortius agit quam pro parentibus tutandis. Nam quando oportet/et honestissima prebetur occasio pericula subeundi/et ob maius bonum: vir fortis fortius agit. At pro cultu diuino honestior prebetur pericula subeundi occasio et ob maius bonum quam pro defensione patrie. honestior itidem occasio offertur pericula ad eundem pro patria defendenda quam parentibus tutandis/et ob maius bonum: quia communi. igitur pro diuina religione vir fortis fortius agit quam pro patria. Et cum pro patria subit certamen: id fortius exercet quam pro parentibus. ¶ Decimaquinta questio. Vbi vir fortis fortius agit. Responso. Vbi diuini cultus defensionem curat: illic fortius agit quam pro patria aut parentibus. Rursum vbi patrie defensionem agi cernit: fortius idipsum peragit quam pro parentibus. Patet. Nam vbi oportet/et honestissima: pericula subeundi prebetur occasio/et ob maius bonum: illic vir fortis fortius agit/ quoadmodum superiore questione declaratum est. ¶ Primum preceptum hortatur fortitudinem esse exercendam. Nam clarissima virtus est: et ad eos potissimum spectans qui in re militari versantur. Que preter suam pulchritudinem magna commendatione dignos reddit suos cultores. Quid enim Decios patrem et filium immortalis gloria extulit: nisi quod se pro patria reuouerunt. Quid tantopere Codrus Atheniensium rex celebratur: quia vt suis victoriam pareret: in bello occumbere non dubitauit. Et inlytus ille Lacedemoniorum rex Leonidas egregijs extollitur preconijs: quod Xerxe in totius grecie exitium imminente cum Delphico oraculo cognouisset datum esse responsum aut rege Spartanorum aut vrbe carendum esse: vt urbem suis ser-

Pyramus.
Tisbe.
Dido.
Lucretia.

Quo for-
tis simul de-
lectatur et tri-
statur.

Precepta

ecclij
Ar-
ides
Xerxes.

Temperantia.

uaret/animosi leonis instar sese hostibus obiecit:et pro patrie salute fortiter pugnando occubuit.
¶ Secūdu pceptū monet pietatē in deū cū oibus in rebus tū in defendēdo cultu diuino esse exhibēdā. Nā potissimū huius virtutis officiu est diuinā religionē tutari. Quā qui hac pferim virtute duce pfligatis hostib⁹ defēderūt:eternū sibi apud posteros nomē cōpararūt. De qb⁹ Mantuan⁹.

Mantuan⁹.

Hi quos hederis/lauroq; virentes
Cernis Idumea signari pectora fronde
Gōdfridus Caliphe domitor: qui regna recepit
Vsurpata diu: solymasq; ascendit in arces
Turbine cum magno. Veneti ducis inclyta proles
Et sacer in tanto primos Adamurus honores
Agmine sortitus. Nitidus Boemūdu in armis
Clarus adhuc: Hugo magnus geminiq; Roberti.
Hi simul adlunctis colere in prelia castris:
Per Nicomedis agros opulentaq; regna Nicee/
Perq; Lycaonios adierunt Reblata campos:
Reblata que primos petro concessit honores
Antiochi cum iam muros et nomen haberet.
Cappadoces/Tyriasq; domos/Sydonā potentem
Sub christi misere iugum.

Machabei

Et si his/animi generositate pates nūc cōuenirēt duces et vno animo Christiani nois hostes inua-
derent/suis imo nostris sedibus pellerent/ pfligarēt: nō esset nostra tēpestate christi cultus ad tam
angustū mūdi terminū redactus/nō imineret nostris ceruicib⁹ imaniū turchorū gladius/ nō truci
darenē crudeliter euersis vrbibus Christiani neq; captiui in durissimā seruitutē traherent. Si enim
Inclyta machabeorū pgenies p suis legibus (q; solū nostre legis crāt vmbra) nō dubitarint seuisi-
mis Egyptiorū tyrānis et Syrie resistere/bellū inferre/et tandē pulchrā oppetere mortē. Quid igl^e
Christiani facere debēt: qui euāgelice legis veritatē habēt a verissimo legislatore Christo institutā:
domi ne torpere letho frigore/et expectare donec imanes barbari eos suis penetralib⁹ extrahāt:
aut ante ora parentū interimāt. Excitet Christus (in cui⁹ cōtumeliā nimīū inualefcit nostre religio-
nis hostis) generosa Christianorū pectora/et hac virtute munita ad reprimēdā crudeliū tyrānorū
seuitā: Mahometēq; spurcitiā prorsus extirpādā animet. ¶ Tertiū pceptū patriā ab iniuste eam
opprimētib⁹ defendēdā monet: quod secundū diuine religionis defensionē factitandū est/et pxi-
mū fortitudinis officiu: cui⁹ paulo ante posita sunt exēpla. ¶ Quartū parētes tutādos et pericula
pro eis subeunda vbi oportet pcepit: quod tertiū est fortitudinis officiu. Ob quod cōmendat et di-
gne quidē Scipio African⁹: q; decē et octo annos natus Corneliū Scipionē patrē suū hān'balis cit-
cūuentū insidijs apud Ticinū singulari virtute seruauerit. ¶ Quintū: audaciā q; in abundātia est fu-
giendā monet. ¶ Sextū vero timiditatē que est in defectu. Deniq; postremū: inter audaciam et ti-
miditatem mediū quod est fortitudo tenendū monet.

Scipio.
Africanus

Temperantia
III

Emperantia est voluptatū: tristitiarūq; gustus ac tactus mediocritas.
¶ Que si circa cibū fuerit: abstinentia/cibiq; honestas vocef. circa po-
tum: sobrietas. circa oscula/plexus/et cetera venerē prouocātia:
pudicitia. Circa venerea: castitas. circa intacti pudoris propositū: virginitas.
¶ Intemperans est: qui circa horū sensuū voluptates atq; tristitias exuperat.
Qui circa cibū: manducus/eluo/vorax/gastrimargus/leccatorq; vocef. Circa
potū: bibulus/ebriosus/ac vinolētus. Circa venerē prouocātia: impudicus atq;
procus. Circa venerea: procax atq; libidinosus. ¶ Insensibilis ē: qui circa hos
sensus delectādo deficit. ¶ Voluptatū anime: quedā sunt circa honoris et sci-
entie cupiditatē: quedā in hominū dictis: quedā in exterioribus bonis. ¶ Vo-
luptatū gule quedā sunt cōmunes: quas oēs hoies nature subueniendi gratia
delicēant. Alię vero pprie: quas nō oēs desiderāt: que et naturales dicuntur.
¶ Temperantia diffiniē esse virtus moralis qua quis circa gustus et tactus voluptates ac tristitias
neq; abūdat neq; deficit: sed mediocritatē seruat. Voluptates gustus sunt delectationes cibi et po-

tus que diuina prudentia hoibus ad bonos vsus sc3 nature cōseruationē cōcessit: illisq; arborcos fructus/fruges/aialia in alimētū pmisit. Tristitie gustus sunt que ex delectationū cibi et pot⁹ absētia oriūf. Voluptates tact⁹ sunt venereorū delectatiōes quas itidē tēperat⁹ recta ratione moderat et ad debitū finē refert: vt pote sobolis pcreationē ceteris oibus circūstantiis seruatis. Tristitie tactus sunt que ex delectationū tactus absentia enascunf: in quibus refrenādis et ad mediocritatē reducēdis tēperatus etiā mediū seruat. Et hec virtus tota nitida est: candidūq; et purū reddit animū/oibus virtutū officiis peragendis haud aliter aptū: q̄ aer caligine et nebulis vacuus ad lucidissimos solis fulgores recipiendos est idoneus. ¶ Eius quinque sunt species: abstinētia/sobrietas/pudicitia/castitas/virginitas. Abstinētia/cibi q; honestas est circa cibū tēperantia. Et hec dirigit ad cibū gratia honesti sumendū sc3 sustentatiōis corporis: quo instrumentū sit bonarū operationū/ et animus suo reparato domicilio ad honesta agenda reddat aptior. Nā languēte inedia cibi corpore: languet et animus/peragendis virtutum operibus minime idoneus. Ceteras preterea circūstantias seruat: vt quantū oportet/quādo oportet/et vbi. Cūq; recta ratio definiērit abstinendū esse a cibo: hec itidē virtus ad continentia a cibo & seruāda ieiunia moderat. Sobrietas est circa potū tēperantia ad moderato potu vtendū/gratia cuius oportet/quādo et vbi oportet inducēs. Pudicitia est circa oscula amplexus & cetera venerēprouocantia (vt mollia verba/lasciua carmina/impudicos aspectus/& similia id genus) tēperantia: dirigit ad ista vt oportet fugienda / quoniā irritamēta sunt veneris / & nisi statim reprimant/ animū suis blandiciis ptrahūt ad Icelus. Hinc cū Sophocles Tragediarū scriptor pueri ingenui pretereūtis formā (vt Valerius auctor est) impijiorib⁹ verbis laudasset: Pericles Atheniensis princeps qui Sophocli in pretura collega erat/ intēperantia eius increptās dixit: nō solū pretoris manus a pecunia sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentē esse debere. Castitas est circavenerē tēperantia: dirigit ad veneris vsū moderate & secundū mediocritatē exercendū/honesti gratia vt propagāde prolis que deū laudet et colat et in legitimo coniugij federe/debito et tēpore et loco. Et quis hanc venerē consequat delectatio naturalis: illa tamē virtutē nō offuscat neq; maculat vbi moderata prudētie legib⁹ fuerit. vt neq; delectatio consequens cibi/potusq; sumptionē a tēperato factā: reddit virtutē obscurā. Virginitas est circa in tacti pudoris propositū tēperantia: dirigit ad corporis & animi integritatē cōstātī pposito seruandā quo hoies celestiu munditiā/puritatēq; imitent: & illis/animi sinceritate carnaliūq; voluptatū abdicatiōe pro viribus assimilent. ¶ Intemperans autē est qui circa horū sensuū/gustus sc3 & tactus voluptates atq; tristitias exuperat. Et cū hi duo sensus abiectissimi sunt & nobis cū brutis oibus cōmunes: intēperantia hoiem reddit pecoribus & iumētis persimilē/imo illis idigniorē/ totūq; hoiem maculat et presertim animū: cuius acie offuscat et obtūdīt vt ad sua officia agēda nichilo magis sit accōmodus q̄ sordidus & turbulētus amnis ad purā vultus effigiē referendā: aut aer caliginosus ad phebeā claritatē recipiendā. Eius quatuor sunt species sc3 manducus/bibulus/impudicus/& libidinosus. Māducus est circa cibū intēperans: ab inoderata māducatiōe id nois sortitus. Qui etiā diciē eluo q; eluat/abluatq; cibaria oia: nichil reliquū faciēs quod nō vorēt. Inde ab assidua voracitate & vorax dicitur/ & gastrimargus quasi ventre furēs. Qualem Ouidius Erythona hoc carmine describit.

dignitas.

Sophocles
Pericles
Valerius

Q; delectatio naturalis nō sepe est damuanda

Intēperantie vilitas & indignitas.

Erythona
Ouidius

Nec mora quod pontus/ quod terra quod educat aer
Poscit: et appositis queritur ieiunia mensis/
Inq; epulis epulas querit. quodq; vrbibus esse
Quodq; satis poterat populo: non sufficit vni.
Plusq; cupit quo plura suam demittit in aluum.
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra
Nec satiatur aquis peregrinosq; ebibit amnes:
Vtq; rapax ignis non vlla alimenta recusat:
Innumerasq; faces cremat/et quo copia maior
Est data: plura petit/turbaq; voracior ipsa est.
Sic epulas omnes Erythonis ora prophani
Accipiunt poscuntq; simul/ cibus omnis in illo
Causa cibi est: semperq; locus fit inanis edendo.
Bibulus est intēperās qui circa potū exuperat: ab assiduitate bibēdi hoc nomē habēs. Fri⁹
ebrietate ebriosus/ab ingurgitatione vini vinolentus temulentusq; diciē. Impudicus est intēperās
qui circa venerēprouocantia exuperat. Et idēprocus dicitur a sollicitādis amoribus. Libidinosus



Temperantia

autē est qui circa venerea intēperās est/illis plus equo indulgens & nō honesti gratia. Qui et pro-
 cax dicitur. Et id postremū intēperātie genus fornicationē/adulteriū/& cetera victorū horrēda mō-
 stra cōplectit: quorū vel sola noia hec casta philosophia abhorret. ¶ Insensibilis est qui circa gu-
 stū & tactū delectādo deficit/minusq; illis delectat atq; ratio determinat. Vt qui vini aut carniū
 vsū dānaret aut legitimi vincula connubii (que recte a deo ordinata sunt & boni gratia hoibus
 cōcessa) cōtenderet; oēm in cibo/potūq; delectationē aut venere noxiā esse & execrandā. Sed ra-
 ros admodū inuenias hoc vicio laborātes. ¶ Ne autē puteē tēperātia circa oēs voluptates confi-
 stere: subiungit duplex diuisio voluptatū. Prima voluptatū aie quedā sunt circa honoris & sciētie
 cupiditatē. Et he si moderate sūt: ad modestiā aut magnanimitatē spectāt. Si vero imoderate: ad
 ambitionē aut lentitudinē. Alie sunt in hoim dictis atq; verbis. Quae si in mediocritate fuerint cō-
 stitute: ad affabilitatē pertinet. Sin minus: ad vicia ei opposita. Alie vero voluptates sunt in exte-
 rioribus bonis: vt prediis/hortis/pecuniis. Et huiusmodi delectatiōes modo fuerint mediocres:
 ad liberalitatē pertinet. Si vero preter mediocritatē: ad illiberalitatē & auaritiā spectāt. Secūda di-
 uisio est. Voluptatū gule quedā sūt cōmunes. Et sunt quas oēs hoies nature subueniēdi gratia de-
 siderāt: vt delectatiōes cibi et potus quas fame aut siti affecti appetūt. Est eni esuries: calidi & sic-
 ci appetit. Sitis autē/frigidi & humidī: quare nature hoim sufficit panis ad esū/ & aqua ad potū.
 Cupiditas autē & luxus non his cōtēta sunt: sed ad gule obsequiū carnes/ vinū & cetera addide-
 runt. Alie autē sunt pprie voluptates siue naturales. Et sunt quas non oēs hoies desiderāt sed ali-
 qui/ ad hunc vel illum cibū aut potum peculiariter inclinati. Diuersi enim diuersis gaudent cibis
 atq; illorum condimentis. Sic & vnusvnum vini genus probat exquiratq; et alter alterum pro cu-
 piditatum diuersitate.

¶ Questiones.

- | | | |
|---|--|---|
| <p>Questiones</p> <ol style="list-style-type: none"> 1 Quid. 2 Quot eius species. 3 Circa que. 4 Nūqd circa voluptates anime: auditus/visus/odoratus. 5 Circa quod magis. | <ol style="list-style-type: none"> 6 Quid ei contrarium. 7 Cui magis. 8 Vtrum deterius. 9 Quales eius operationes. 10 Qui peccant et quot modis: circa gule | <ol style="list-style-type: none"> 11 Nonne voluptatū absentia intemperans tristetur. 12 Quando temperate agendum est. 13 Et vbi |
|---|--|---|


Elementa

¶ Elementa. ¶ 1. Quinq; Abstinentia/sobrietas/pudicitia/castitas/virginitas. ¶ 2. Circa voluptates atq; tristitias gustus ac tactus. ¶ 3. Circa quas voluptatū non dicunt hoies tēperati: neq; tēperātia ipsa est. ¶ 4. Circa delectationes. ¶ 5. Difficilius est presentiu voluptate non allici: q̄ absentibus non trīstari. Nā presentia fortius mouent. ¶ 6. Intēperātia. ¶ 7. Viciū quo magis volūtariū: eo magis vituperabile ac reprehēsiōe dignū est. ¶ 8. Viciū quo magis et plures delinquūt hoies: deterius est. ¶ 9. proprietates officiorū ¶ 10. Circa cōmunes gule voluptates multitudine peccāt gastrimargi: et vno mō/supfluo vētrē refartiētes. ¶ 11. Qui rē absētē desiderat et ardet: tristitia nō vacat.

Precepta

Sēsuū illecebras reprimito.	Esto pudicus.	mento
Cibo tēperate vtitor.	Esto castus.	Intemperantiam fugito.
Potū sobrius esto.	Candorē seruato.	
	Virtuti te natum me	


¶ Prima questionū quecūq; prius diffinita sunt interrogat: vt quid tēperātia/quid abstinentia/ qd
 sobrietas. Et respōdendo assignāde sunt diffinitiones prius date ¶ Secūda. Quot tēperātie species
 Respōsio. Quinq; scz abstinentia/sobrietas/pudicitia/castitas/virginitas. Et id pbandū non est: sed
 tanq̄ principiū supponendū. ¶ Tertia. Circa que versat tēperātia. Respōsio. Circa voluptates atq;
 tristitias gustus ac tactus. Nā circa que virtutis operatio laudat: et virtus ipsa versabit. Sed tēper-
 antie op̄atio circa gustus & tactus voluptates atq; tristitias laudatur: quia scilicet voluptates/
 rationis metas nō trāsiliūt neq; tristitie: sed recta mediocritate determinate sunt. igit tēperantia



circa voluptates et tristitias versaf: eas recta ratioe moderado. **Consilr pbandu est qd intemperantia**
 et insensibilitas circa corude sensuu delectatione et tristitias versanf: no tame in mediocritate sed
 intemperantia excededo: & insensibilitas deficiedo. quandoquide circa que vicioru opera culpanf: &
 4 vicia ipsa versabunf. ¶ **Quarta.** Nūquid tēperantia versaf circa voluptates aie & etiā circavolupta
 tes triū primorū sensuū: scz auditus/visus/et odoratus. **Respōsio.** Minime. Nā circa quas volupta
 tū nō dicunf hoies tēperati: neq; tēperantia ipsa est/ quēadmodū circa quos timores non dicuntur
 hoies fortes: neq; ipsa fortitudo est. Sed circa voluptates aie non dicunf hoies tēperati: sed aliāv ir
 tutis aut vicii denoiationē sortiunf. vt paulo ante ostēlū est. **Idē** circa voluptates auditus/ visus/
 et odoratus nō dicunf hoies tēperati: saltē per se: & ppriū illorū sensuū obiectū attendēdo. Siquis
 enifonos aut voces audiat: nō idcirco tēperatus aut intēperatus dicēdus est: quis per accidēs pos
 sit ad intēperantiā moueri: vtpote ppter dictionū significationē. Vnde & verba dicuntur obscena
 aut turpia. Verū ipsa significatio auditu nō apprehendit sed intellectu: a quo cū fuerit habita dictio
 nū significātia & rerū designatarū species animo obiecta fuerit per quā moueaf appetitus sensiti
 uus ad cōcupiscentiā: id accidentariū est: & ex auditu per se: nō euenit. Ita siquis rei pulchritudinē
 spectet solū colorē & figure lineamēta attendēs: is neq; tēperatus neq; intēperatus dicendus est/
 licet per accidēs ex aspectu rei moueri possit appetitus sensitius ad cōcupiscentiā & voluptates
 tactus. Vnde et oculus impudicus dicit. Et circa odorū voluptatē per se neq; tēperatus neq; in
 tēperatus dicit quisq; tāetsi ex his per accidēs ad itemperantiā moueri cōtingit. Verū que per se sūt
 5 auctores cōsiderāt: & nō ea que per accidēs. ¶ **Quinta.** Circa quod magis versaf tēperantia an cir
 ca delectatiōes an tristitias. **Respōsio.** Circa delectatiōes. Nā circa difficilius magis versaf virtus
 atq; magis laudatur. Sed difficilius est delectatiōes ratioi subiicere q̄ tristitias. Delectatiōes enim
 ex obiecti presentia pficiscunf: tristitie vero ex absentia. Atq; difficilius est presentiu voluptate nō
 allici q̄ absentibus nō tritari: nā presentia fortius et vehemētius mouēt. igit tēperantia magis ver
 satur circa delectatiōes q̄ tristitias. Et sane tēperatior censend⁹ est qui in mēsa lautissimis epulis re
 ferta nouit seruare mediocritatē: q̄ qui ex absentia voluptatū nō afficiē tristitia neq; pmouet earū
 6 desiderio. ¶ **Sexta questio.** Quid tēperantie cōtrariū. **Respōsio.** Intēperantia atq; insensibilitas. Nā
 circa gustus & tactus voluptates ac tristitias superabundantia atq; defectus: temperantie cōtrariāf.
 Sed intēperantia & insensibilitas sunt voluptatū/tristitiarūq; gustus ac tactus abundantia atq; defe
 ctus. Contrariāf igitur tēperantie. ¶ **Septima.** Cui extremorū viciorū magis contrariatur tem
 perantia. **Respōsio.** Intemperantie. Nā virtus magis contraria est vicio sibi dissimiliori. Atqui in
 temperantia dissimilior est temperantie q̄ insensibilitas. Assimilāf eni insensibilis tēperanti in absti
 nentia voluptatū gustus & tactus. Intemperās autē ipsi tēperanti eo dissimilis est: q; voluptatibus
 sine refrenatiōe laxat habenas/ animoq; indulget. igit tēperantia magis cōtrariāf intēperantie q̄ in
 7 sensibilitati. ¶ **Octaua.** Vtrū duorū extremorū deterius est: an intēperantia an insensibilitas. **Respō**
 8 **sio.** Intēperantia. Primo. Viciū magis oppositū bono/deterius est. Sed itemperantia est viciū magis
 oppositū temperantie: vt modo probatū est. igit intemperantia est deterior. Et hec ratio nō assumit
 elementū hoc loco positū sed in determinatiōe de fortitudine: in qua multa ponunf elemēta om
 nibus virtutibus secundū materiā subiectā accōmodabilia que inferius sepe numero assument
 ad cōsimiliū q̄stionū terminationē. ¶ **Secūdo.** Viciū quo magis voluntariū: eo magis vituperabi
 le ac reprehensione dignū est: intēperantia autē est magis voluntaria q̄ insensibilitas: cū ad illam q̄
 hanc natura ppensiores sint hoies. igit intēperantia vituperabilior est et reprehensione dignior: qua
 re et deterior. ¶ **Tertio.** Viciū quo magis & plures delinquūt hoies: deterius est. Concupiscentia
 eni ad deteriora magis est pcliuis atq; prona. Atqui intēperantia viciū est quo magis & plures de
 9 linquūt hoies. Q̄ plurimi eni intemperantie morbo laborāt. Insensibilitatis autē labe: p̄ q̄ pauci. igit
 intemperantia q̄ insensibilitas deterior est. ¶ **Nona.** Quales tēperantie operatiōes. **Respōsio.** Sunt
 voluntate affectabiles/ in nostra potestate/ voluntarie/ delectabiliter/ sciēter operate/ et recta ratio
 ne definite. Patet. quia oia virtutū officia sunt volūtate affectabilia in nostra potestate/ volūtarie/
 delectabiliter sciēter operate/ et recta ratioe definita: vt cū devirtute ageref dictū est. igit & ope
 10 rationes tēperantie (que virtutis officia sunt huiusmodi esse censende sunt. ¶ **Decima.** Qui intem
 perant⁹ peccāt & quot modis circa gule cōmunes voluptates. **Respōsio.** Gastrimargi & vnus
 circumstantie scz quātītatis omīssione. Patet. Nā circa communes gule voluptates multitudinē
 mīaq; ciborū copia peccāt gastrimargi: plus q̄ eorū nature competit cibi potusq; sumētes & sup
 fluo ventrē refartientes. Circa pprias autem voluptates magis peccāt delicatī et lautitiis assueti:
 11 aliaq; circumstantias vt qualitatis/ tēporis/ aut loci p̄mittūt. ¶ **Vndecima.** Nōne voluptatū ab

Q; auditus
et visus per
accidēs ad
intemperā
tiā mouent

Cur difficil
lius est dele
ctationes q̄
tristitias
moderari



Temperantia

sentia intemperatus tristis. Responso. Tristis. Nam qui rem absentem desiderat & ardet/ardenterque appetit: tristitia non vacat. Eni vero eorum que desiderant carētia tristitia animo ingerit. Intemperatus autē voluptates absentes desiderat & vehementer affectat. Nam preteritarum recordatione mouet ad illarum cupiditate: afficiturque desiderio/illis semper potiendi & continet. Ergo voluptatum absentia intemperatus tristis. Et reuera intemperati assidua cruciantur tristitia nisi cum voluptatibus perfruunt. Nam antequam eas assequantur: illarum desiderio torquentur. Cum vero eas expleuerint: satietate preteritarum fastidiunt simul & futurarum cupiditate rursus anguntur. Vellent eas quidem perpetuo durare: sed id assequi minime possunt cum momentanee & fugaces sint. Temperati vero alacri semper sunt animo: nam neque absentium cupiditate voluptatum afficiuntur/neque presentium insatiabili imoderatoque usu rapiunt. ¶ Duodecima. Quando temperate agendum est. Responso. Quando oportet/ & honesta temperate agendi prebeat occasio. Vt cum ecclesiasticis institutis ieiunia seruanda sunt/ cum sacra faciēda/ diuinaque correctanda. Nam nephas est polluto per intemperantiam animo illa atrectare. Et potissimum in etate iuuenili temperantia utendum est vt inquit Aristoteles: quia iuuenes magis quam senes cupiditatibus molestantur. Ergo generosi adolecentes quibus honestas vite cordi est & pulcherrima virtus: hanc virtutem ceterarum omnium fundamentum amplectimini in ea presentis etate qua per bonam educationem facilius eam acquirere potestis/ quaque eius presidio magis indigetis. Ea enim cum omnium litterarum studia sequentibus imprimis est necessaria: quoniam nichilque honorum studiorum frugem impedit/ nichil litterarum fructum magis eripit animo: atque imoderate voluptates. quibus quisquis addictus fuerit: difficile admodum in re litteraria fructum consequetur. Copulationes/ cauponasque & cetera intemperantie loca prorsus vitate: atque vite probitati dum molles animi fuerint dum mobilis etas/ assuescite: qua totam cum honestate vitam ad extremam usque canicie transigatis. ¶ Decimatertia questio. Vbi temperate agendum est. Responso. Vbi oportet: & quo in loco honesta temperate agendi prebeat occasio. ¶ Primum preceptum monet sensum etiam omnem illecebras esse reprimendas. visus quidem auditus & odoratus: quia per accidens ad intemperantiam mouet/ & occasione mali nisi si repressi fuerint sepe numero suggerunt. Gustus autem & tactus: quia circa earum voluptates peruersa intemperantia. Et hi quoque sensus nisi prudentia regantur: inane sunt per quas idviciū animi penetrata subit. ¶ Secundum: abstinentiam/ tertium vero sobrietatem seruandam docet: & cibo potuque utendum non ad explendam voluptatem/ sed nature indigentiam subleuandam. Comendantur quidem Daniel & socii eius ob insignem abstinentiam: quia in captiuitate Babylonica cum regio cibo & potu vesci possent: ne cibis lege vetitis contaminaretur petierunt sibi dari legumina. Et illis victitates: scientiam & sacrarum litterarum intelligentiam consecuti sunt. ¶ Quartum preceptum ad pudicitiam hortatur ob quam comedatur legis Ioseph quia cum ab uxore domini sui cui in Egypto venditus erat sollicitaretur ad turpia: refugit facinorose/ falso crimine insimulatur aliquam diu carcerem pertulit/ & tandem toti Egypto prefectus est. Comedatur & apud Valerium adolecens quidam excellentis pulchritudinis: quia cum mira specie copulorum feminarum illustrium sollicitaret oculos: ideoque viris ac parentibus earum se suspectum esse sentiret: oris decorum vulneribus fedauit/ deformitatemque sanctitatis sue fide: quam formam irritamentum aliene libidinis esse maluit. ¶ Quintum castitatem seruare monet. Cuius obseruatione insignes habitus sunt Ioachim & Anna candidissime virginis marie parentes: itidem zacharias et Elizabeth diu Iohannis baptiste ortu & educatione clari. ¶ Sextum: nitidum virginitatis candorem seruandum monet quo ante omnes insignis fuit dignissima virgo Maria/ sacrosancta dei mater. Cuius in tactum pudorem imitate sunt purissime virgines: que calcatis mundi illecebris insigne etiam viris reliquerunt sue virtutis exemplum. Comendantur inter eas precipue diua Cecilia ob constantissimum illibate virginis seruande propositum: quam et lacrimis & precibus integram sibi seruari orasse legitur. Quod ut petierat assecuta: Valerianum sponsum suum & Tyburtium eius fratrem fidei sacre lauacro regeneratos deo sacros martyres reddidit. Si infirmior natura sexus utpote femineus candorem seruauit: & viri quoque quibus maiores animo vires natura dedit/ ad eundem integre seruandum incitari debent: si modo validiores ab ibecilliore vincere non velint/ & id dedecoris icurrere. ¶ Septimum admonet homines iugiter animo peruolere debere se virtuti non voluptatibus natos esse/ & proinde ad virtutem totis viribus eniti debere: ne digno ad quem natura eos genuit sine fraudentur. ¶ Octauum. Intemperantiam omnem et in cibo et potu atque veneris fugiendam monet: quoniam per eam virtus atteritur/ et animi pariter et corporis vires expugnantur/ imo veto questita gloria in infamiam conuertitur. Quod satis exemplo Hannibalis euadit exploratum/ qui cum ferme totam armis occupasset Italiam: Campana luxuria corruptus/ languit. que (vt inquit Valerius) vigilantissimum ducem armis quidem inuictum suis illecebris conplexa: vincendum Romano militi tribuit. Que totum etiam eius exercitum largis dapibus/ abundantibus vino/ veneris usu lasciuiore ad somnum et delicias aduocauit. Quis igitur non merito Xerxes Persarum regem damnauerit/ qui eousque luxuria gaudebat: vt edicto premium ei proponeret qui nouam volupta-

Q miser
intem
perantes

Temperan
tia adolo
scētes ipri
mis decere.

Precepta


Daniel

Ioseph

Ioachim
Anna
Zacharias
Elizabeth
Sacratiss
ma virgo
maria.
Cecilia
Valerianus
Tyburtius

Hanibal

Xerxes



tis genus reperisset.

Iberalitas est circa pecunie dationē / acceptionemq; ratione definita Liberalitas
 mediocritas. Nomine pecunie / quenumo cōparari solent: cōprehen IIII
 dimus oīa. ¶ prodīgus est qui propria dissipādo exuperat. ¶ Illi=
 beralis / qui dando deficit: aut accipiēdo exuperat ¶ Qui in dādo deficit: par
 cus / tenax / ac aridus noiatur. ¶ Qui accipiēdo exuperat: si ex turpi meretri
 cio: leno. ex turpi mutui lucro: fenerator. Ex inhonesto ludi lucro: aleator / lu
 for. Ex adulatione: parasytus / collax. Occulte: fur / latro / raptor / aut aliqd sile. Questōes.

- | | | |
|----------------------|-------------------|--------------------|
| 1 Quid. | 8 Qui magis li | liberalis: dolet. |
| 2 Quot eius officia. | berales. | 12 Nunquid facile |
| 3 Circa que. | 9 Qualis libe= | ditetur. |
| 4 Circa qd magis. | ralis datio. | 13 Quando liberali |
| 5 Quid ei cōtrariū | 10 Qualis illibe= | ter agit. |
| 6 Cui magis. | ralitas. | 14 Et vbi. |
| 7 Vtrū deterius. | 11 Nūquid cū dat | |

Elementa. ¶ 2. Duo: dare / et accipere. ¶ 4. Circa pecunie dationē. ¶ Po
 tius virtutis est beneficia conferre q̄ suscipere. ¶ Et honesta patrare preclari
 us: q̄ non admittere turpia. ¶ 7. Illiberalitas. ¶ Viciū quo plures peccant / et
 ad quod natura propēiores sumus: deterius est. ¶ 8. Qui ab aliis suas diui=
 tias acceperunt. ¶ Qui indigentia non sunt experti / quiq; sua minus amant:
 liberales esse conuenit ¶ 9. Voluntate affectabilis / in nostra potestate / vo
 luntarie / delectabiliter / scienterq; operata. ¶ 10. Incurabilis. ¶ Viciū cuius
 causa vitari nequit: vix curabile est. Senectus et impotentia oīs: auaros facit.
 ¶ 11. Qui studiosis operibus pecunias anteponit: is pfecto liberalis nō est.
 ¶ 12. Qui non est ad capiendum et conseruandum procliuis / sed ad erogand=
 dum potius: non facile ditabitur. ¶ Breues sententie.

- | | | |
|---------------------|---------------------|-----------------------|
| Liberalis esto. | Nudos operito. | Lenocinium vitato. |
| Aliorū miserescito. | Hospites colligito. | Fenus execrato. |
| Egenos visitato. | Mortuos sepelito. | Aleas fugito. |
| Sitientes potato. | parta conseruato. | Colacem odito. |
| Famelicos pascito. | parcus ne esto. | Nichil clam retineto. |
| Captiuos redimito. | | |

Precepta.

In finio liberalitatis sic intelligēda est. Liberalitas est virtus moralis qua quis circa pecu
 nie dationē aut acceptionē (copulationē sc; in disiunctionē mutata: quē admodū vniuer=
 salia in diffinitionibus particulariter accipiunt) neq; abundat neq; deficit: sed debitā me
 diocritatē seruat / oēs ratiōis circūstātiās inquirendo. Eniuero cū dat liberalis / considerat quan
 tū dat: nā pro sua facultate et eius cui dat indigentia. gratia cuius: nā gratia honesti sc; ad suble=
 uationē in edie vel inopie alterius quo ille officia virtutū exercere possit. id deniq; ad sume boni ho
 norē referēdo. Respicit itidē qualis est sua datio: nā voluntaria et delectabilis. Quis dat / an ipse sit
 ea conditiōe vt ad eū attineat dare. Quo instrumēto: nā propriis bonis et iuste partis. Considerat
 preterea cui dat: nā indigenti cui recta ratio suadet esse dandū. deinde tēpus / & locū / & dandi mo
 dū. sed itaq; circūspicit. Ita si liberalis accipit ab altero pecuniā ad sui sustentationē: accipit quan
 tū oportet vt pote quāto indiget / gratia cuius oportet: sc; gratia honesti. & siquid ei vltra
 tatē superest: erogat pauperibus. Attendit preterea quis accipit: nā indigens & id quicquid
 getia quo accipit: nā ab eo solū a quo recte accipiendū est / neq; itidē tēpus neq; locū neq; accipis
 Quō libera
 lis oēs ratio
 nis circūstā
 as ingrit.



Liberalitas

endi modū pretermittit. Noīe autē pecunie nō solū hic nūmīma signatū intelligī: sed id oē quod nūmo cōparari/cōmutariq; solet: vt cibus/potus/vestimentū/domus/& cetera huiusmodi/exercende liberalitatis instrumenta. Prodigus autē est qui ppria bona pfundens & dilīpans: dando exuperat. Nā & plus equo dat & nō gratia cuius oportet: qā vt plurimū explende intēperātie gratia/neq;erogat quibus oportet sed potissimū sue intēperātie sociis. Hinc tandē ad extremā deuenit (nisi resipiscat) egestatē. Illiberalis autē per disfunctionē diffiniē q; diuersas contineat species. Nā aut dādo deficit: hoc est minus equo dat/ & vbi dandū est abstineta dando: pecuniā et cetera diuine pudentie munera (que hoibus cōcessit boni vsus gratia vtpote ad ppriā & aliorū sustentationē) apud se tenaciter recondēs/faciensq; istrumēta liberalitatis: sue auaricie irritamēta. Et hic parcus dicit q; nimīū parcat pecuniis/dicit & tenax a nimia & vituperāda tenēdi auiditate. Itidē et aridus: quia instar ligni aridi nichil fructus neq; boni vsus ex bonis externis gignit: imo illa ociosa & sine vsu aliquo apud se recondit: aut quia ab eo nō minori difficultate pecunia extorqueē/q; a re arida exprimit humor. Interdū illiberalis accipiēdo exuperat: plus accipiēs q; equū est/ aut nō gratia cuius oportet. Cuius species sunt quinque: sc; leno/ fenerator/ aleator/ parasytus/fur. Leno est qui ex turpi meretricio accipiēdo exuperat. Fenerator est qui ex inhonesto ludi lucro accipiēdo exuperat. Vt qui mutuo dat alteri nūmos vt ab eodē recipiat plures: facitq; vt nūmus gignat nūmū/quod sue nature cōtrariū est. Nā nūmi sunt diuitie steriles & infructifere: aialia autē arbores & arua suapte natura gignūt ex se aliud & ppagant/ hinc fertiles & fecūde diuitie cēlenf. Aleator est qui ex inhonesto ludi lucro (vt alearū a quib; nomē accipit: aut cuiusuis alterius) accipiēdo exuperat. Qui a ludēdi habitu & lusor dicit. Parasytus est qui ex adulatōe accipiēdo exuperat: aut ventris gratia & is parasytus est intēperātie/ aut pecunie gratia & is parasyt; est illiberalitatis/ alioq; noīe collax dicit. Fur est qui surripiēs occulte rē alterius/ accipiēdo exuperat: qui & latro & raptor dicit. Et harū quinque specierū vocabula nō sunt simplicis malicie noīa sed duplicis: nā preter exuperationē in dādo habēt alterā maliciā fere semper annexā: vt intēperantiā / quēadmodū leno & parasytus: aut pdigalitatē/nā que male parata sunt: profuse quoq; consumi solent/ aut auaritiā: vt fenerator/ aut iniulitiā qua alteri inferē iniuria: vt fur & fere ceteri oēs. Solet eni vicio viciū accedere vt morbus morbo. ¶ Prima questionū interrogat quid liberalitas & reliqua modo diffinita. Cui diffinitionū antepositarū respōsio adhibenda est. ¶ Secūda. Quot liberalitatis officia. Responso. Duo: sc; dare liberaliter & accipere liberaliter: vt ipsa liberalitatis diffinitio aperte ostendit. ¶ Tertia. Circa que versatur liberalitas. Responso. Circa pecunie dationē & acceptiōnē. Nā circa vtrūq; ipsius liberalitatis opera laudamus. laudat eni qui liberaliter dat: nec nō & is qui liberaliter accipit. ¶ Quarta. Circa quod magis versat liberalitas: an circa dationē pecunie/ an acceptiōnē. Responso. Circa pecunie dationē. Patet primo. Nā potius virtutis est beneficia conferre q; suscipere: quandoquidē cōferēdo beneficia hoies magis assimilant diuine & exuberantissime bonitati/ que benefica manu q; plurima hoibus beneficia impartit: nulla tamē a nobis vicissim accipit quia per se est sufficientissima. Preterea cōferre beneficia: sufficientie est. Accipere autem beneficia: indigentie. Perfectior autē est iufficiētia vt que sūme bono pfectissime cōueniat: q; indigentia que ab ipso longe semota est/ quoniā bonorū nostrorū nō eget. Et sane preclara est hec virtus que hoies efficit diuine bonitatis vsq; adeo ppinquos imitatores: diffunditq; bona in alios/ quēadmodū pater celestis indeficiente exuberantissime bonitatis fonte in nos sua bona distribuit. Et cū liberalis hanc pulchrā diuinorū imitationē animo reuoluit: mirū in modū gaudet/ gratiasq; agit sūme & semp benedictę bonitati easibi concessa esse bona quib; liberaliter vti & celestib; assimilari possit. Nichil eni aliud est vita humana secundū has virtutes morales acta: q; pulcherrima quedā diuinorū pro humano captu assimilatio: in qua humana felicitas consistere putanda est. Ad quā hortat oēs dominus noster monetq; nos esse sanctos & mundos quoniā mūdus est/ nos esse pfectos sicut ipse perfectus est/ nos esse misericordes quēadmodū pater noster celestis misericors est. Quocirca hec sacra philosophia admodū digna est/ alta et sublimis: ad animi pietatem/ diuinorūq; imitationē imprimis hoīem iducēs/ modo recte tradita fuerit. At qui dat liberaliter: beneficia cōfert. Qui vero accipit liberaliter: beneficia suscipit. Igit liberalitas magis versat circa pecunie dationē q; acceptiōnē. ¶ Secūdo. Preclarius est honesta patrare: q; nō admittere turpia. At qui dat liberaliter: ppetrat/ agitq; honesta: in alterū beneficia collocans. Qui vero accipit liberaliter/ solū non admittit turpia: nā quantū ad exteriorē operationē nō agit honesta sed solū recipiēdo patitur. Quis eni quantū ad mentē/ circūstātiis prudētie eā acceptiōnē moderantem honeste agat: non tamē in alterū. Igit liberalitas magis versatur circa dationē q; acceptiōnē. Omitto q; dif

Species illiberalitatis nō sunt malicie simplices.

Quomō liberalitate homo diuinis assimilatur.


Philosophie moralis dignitas



- facilius sit recte dare quā accipere: quoniam plerumque ad accipiendum quā dandum natura sumus. quod quod maiori laude persequamur liberaliter dante quā accipientē. his enim mediis ut consilis de fortitudine quaestio discussa est: hec quoque comprobari potest. ¶ Quinta quaestio. Quid liberalitati contrarium. Responsio. Prodigalitas & illiberalitas. Nam circa pecuniae dationem & acceptionem superabundantia & defectus liberalitati contrariae: igitur prodigalitas & illiberalitas (ut quae sint circa pecuniae dationem & acceptionem superabundantia et defectus) liberalitati contrariae. Prodigalitas autem contrariae illiberalitati quae in dando deficit: et non ei quae in accipiendo exuperat. tunc quae exuperatio exuperationi circa diuersa non aduersa: ut exuperatio in dando exuperationi in accipiendo. tunc quae eidem competere simul possunt prodigalitas & illiberalitas in accipiendo. Potest enim quispiam inhoneste et plus quam par sit pecuniam accipere: et eam (ut sepe visum venit) profuse quoque dissipare. ¶ Sexta. Cui dictionum extremorum magis contrariae liberalitas. Responsio. Illiberalitati. Nam illiberalitas viciū est liberalitati dissimilium. Illiberalis enim et parcus deficit in dando: prodigus autem dando magis assimilatur liberali. ¶ Septima. Vtrum duorum extremorum deterius est. Responsio. Illiberalitas. Nam ipsa magis contrariae mediae virtuti scilicet liberalitati ut modo dictum est. igitur illiberalitas est prodigalitate deterior. Et huiusmodi duae quaestiones in omni virtute mouentur: ut secundum primum documentum in elementis quaestio de virtute positum enitatur diligentius fugere deterius viciū et quod magis virtuti opponitur. Ut illiberalitatem magis quam prodigalitate et intemperantiam quam insensibilitatem: sicut magis fugere laboramus pestem quam febrem aut lepram quam oculorum infirmitatem. Praeterea. Viciū quo plures peccant ad quod natura propensiores sumus: deterius est. At illiberalitas est viciū quo plures peccant et ad quod natura sumus propensiores: ut notum est. igitur illiberalitas est deterior magisque fugienda quam prodigalitas. ¶ Octava quaestio. Qui magis liberales esse debent. Responsio. Qui ab aliis suas diuitias acceperunt. Nam eos qui indigentiam non sunt experti: quique sua minus amant: liberaliores esse conuenit. At qui ab aliis suas diuitias acceperunt ut filii a parentibus hereditaria successione domos/agros/aut numos: indigentiam non sunt experti: suaque minus amant quam qui propriis laboribus diuitias sibi comparauerunt. Quod enim cum difficultate acquirunt: magis amantur: qui vero indigentiam sunt experti suo studio partas opes magis conseruant: ne illarum absentia cogantur iterum indigentiam et paupertatem (quam duram et calamitosam esse experimento didicerunt) proferre. igitur qui ab aliis suas diuitias acceperunt: liberaliores esse conuenit: quando quidem timore inopiae non retrahuntur ab officio liberalitatis equa ratione qua ceteri. ¶ Nona quaestio. Qualis est liberalis datio. Responsio. Est voluntate affectabilis: in nostra potestate: voluntarie: delectabiliter: scienterque operata. Quia ipse liberalis datio virtutis est officium: igitur ei competunt officiorum virtutum moralium proprietates modo dicte. ¶ Decima. Qualis est illiberalitas. Responsio. Ipsa est incurabilis: id est difficile admodum et egre curabilis. Nam viciū cuius causa vitari nequit: vix curabile est. Sed illiberalitas est viciū cuius causa vitari nequit. Nam senectus et impotentia omnia avaros facit. Hinc memorabilis est Senecae sententia: cum cetera vicia in homine senescunt: sola avaritia in eo iuuenescit. Timet enim senes et impotentes bona externa quibus vitam agant sibi defutura: et se omni auxilio destitutū iri: nisi et parua tenacius seruet et auerius cogent. Sed quanto plus acquirunt: tanto magis estum et cupiditatem avaritiae accendunt. Nam quo plus sunt parte plus sitiunt opes. Perinde atque quanto plus ligni apposueris flammam: tanto ignis fit maior. Constat autem senectutem et impotentiam vitari non posse: nam nobis vel inuitis natura debent. igitur illiberalitas atque avaritia est incurabilis. Prodigalitas autem viciū est facilius curabile: nam dissipatis omnibus bonis et deficiente materia: ipsa desinit. ¶ Undecima quaestio. Nunquid cum dat liberalis dolet. Responsio. Non. Nam qui studiosis operibus pecunias anteponit: is profecto liberalis non est. At qui se seruare quam erogare dolet: quod pecuniam cuius amore tenet deserat. igitur qui dolet cum dat indigentibus necessitati subueniendi: quando quidem prius dictum est liberalis dationem esse delectabiliter operatam. ¶ Duodecima quaestio. Vtrum liberalis facile dicitur. Responsio. Non. Nam qui non est ad capiendum et conseruandum plerumque sed ad erogandum potius: non facile dicitur. At qui liberalis non est ad capiendum plerumque sed ad erogandum potius: igitur liberalis non facile dicitur. Neque etiam diuitie ei sunt cure: nisi quatenus sunt instrumenta liberaliter agendi. Ideo minime sua negligit sed curat diligenter: ut partis operibus liberaliter utatur. Non tamen permittit diuina prudentia liberales in extremam deuenire paupertatem. Verum bona externa eis sufficenter impartit quibus liberaliter utantur. Memoriae enim proditum est Tyberium secundum imperatorem Romanum admodum liberalem: cum in palatio deambulans dominicam crucem marmoris pavementi insculptam vidisset: iussisse ipsum leuari: quod non deceret viuificam crucem indignis viris nostrorum pedibus calcari: et sub marmore immensum thesaurum abstrusum inuenisse. Unde et deo gratias

Seneca

Quare senes ad avaritiam sunt propensiores.



as egit: et liberalitate (q̄ ante) in paupes ip̄sius exercuit. ¶ Decimatertia. Quādo liberaliter agit 13
 liberalis. Responſo. Qñ oportet/ & quo tēpore honesta liberaliter agendi p̄beſ occasio. ¶ Deci 14
 maquarta. Vbi liberalis agit liberaliter. Responſo. Vbi oportet/ & quo in loco honesta liberaliter
 agendi p̄beſ occasio. Nā prudētia sua et tēpus et locū oportunū determinat. ¶ Primū precep-
 tū cōmune est ad oia liberalitatis tū i dādo tū in accipiēdo officia ¶ Secūdū vero ad officia libera-
 litatis in dādo/ monet eni nos aliorū indigentia et egestatē miserari/ leuareq; debere. Habet aut
 liberalitas in dādo septē officia: que subinde septē preceptis exprimunt & opera misericordie vul-
 go dicunt. ¶ Itaq; tertiu monet egenos esse visitādos/ nō quidē corporali p̄sentia aut verborū cō-
 municatione sed bonorū erogatiōe: quo eis succurraſ. Hinc diuus Nicholaus merito cōmendatur
 q; auro clanculū dato tres virgines a stupri infamia eripuit: earūq; inopiā simul et patris benigni-
 ter subleuauit. ¶ Quartū p̄cipit sitiētes potu esse leuādos. ¶ Quintū famelicos pascēdos. Ad que
 officia dominus noster salubriter nos hortat. Cū facis (inquit) prandiū aut cenā/ noli vocare ami-
 cos tuos neq; vicinos neq; diuites: ne forte et ipsi te reuincēt & fiat tibi retributio. Sed cum facis
 conuiuium voca pauperes/ debiles/ claudos/ et cecos: et beatus eris quia nō habēt retribuere tibi.
 Retribuet eni tibi in resurrectione iustorū. Quapropter cōmēdatiōne digni veniūt Ioachim & An-
 na deipate virginis Marie parētes: qui bonorū suorū in tris partes distributorū primā partē tem-
 plo/ secūdā paupib; subleuādis: & tertiā sibi/ sueq; familie curā de assignatūt. Vt apud Mātuanū
 Anna de seipsa et viro suo dicit.

Precepta

Diuus Ni-
cholaus.

Dominus
noster.

Ioachim
Anna
Maria
Mantuan^o

Sic nostras partimur opes: pars optima templo:
 Altera pars inopi / seruit pars tertia nobis.

Abraham
Loth
Thobias

¶ Sextum: captiuos redimendos et carcere eximēdos monet. ¶ Septimum: nudos operiendos.
 ¶ Octauū: hospites/ peregrinosq; i domū colligēdos docet. Cui^o obseruatiōe clari euaserūt Abra-
 ham/ Loth/ et ceteri ob hospitalitatē in sacris litteris cōmendati: q; angelos hospitiū susceperint.

¶ Nonū: mortuos sepellendos esse monet. Quod ip̄imis obseruasse legitur Thobias: et ne regis
 Assyrii quidē scitā expauiſe: eā ob rē ei mortē minitantis. Inde deo dilectus esse certis argumen-
 tis p̄batus est: vt sacra que de ip̄so textū narrat historia. ¶ Decimū: pdigalitatē vnū liberalitatis
 extremū vitādā esse admonet. ¶ Vndecimū: auaritiā/ alterū extremū. Que q̄ mente excecatos

Horatius

reddat hoies/ et propemodum insanos: ostendit Horatius.
 Siquis emat cytharas/ emptas comportet in vnum:
 Nec studio cythare nec muse deditus vlli.
 Si scalpra et formas non sutor: nautica vela
 Auertus mercaturis: delirus et anrens
 Vndiq; dicatur merito. qui discrepat istis
 Qui nummos aurumq; recondit/ nescius vti
 Compositis/ metuensq; velut contingere factum.
 Siquis ad ingentem frumenti semper aceruum
 Porrectus vigilet cum longo fuste: neq; illinc
 Audeat esuriens dominus contingere granum:
 Ac potius foliis parcus vescatur amaris.
 Si positus intus Chii Venetiq; falerni
 mille cadis/ nichil est/ ter centum milibus: acre
 Poter acerum age: si et stramentis incubet/ vnde
 Octoginta annos natus: cui stragula vestis
 Blaptarū ac tinearum epule putrescat in archa:
 Nimirū insan^o paucis videas/ eo quod
 Maxima pars hoim morbo tactatur eodem.
 Quod satis est cui contingit: nichil amplius optet.
 Non domus et fundus non eris aceruus et aurū
 Egroto domini deduxit corpore febres:
 Non animo curas: valeat possessor oportet.
 Si comportatis rebus bene cogitat vti.
 Qui cupit aut metuit: iuuat illū sic domus aut res
 Vt npp... p̄cte tabule/ fomenta podagram.
 Auriculas cythare collecta forde dolentes.

Et alio loco idem.



Sincerum est nisi vas: quodcumq; infundis accescit.

Semper avarus eget/certum voto pete finem.

At q; stolidi sint avarorum vota et ipsis optantibus noxia: insinuant poete per Mydam Phrygie regem/qui a Baccho petiisse et impetrasse narratur: q; quicquid contingeret reverteretur in aurum. Bacchus
At cum cibum sumere tentavit aut potum/contactu oris quicquid sumebat mutabatur in aurum: sicq; fame et siti excruciatu deprecatus est quod ante rogauerat. Ita avarorum cupiditas/ipsis exicio esse solet. ¶ Sequentia quinq; precepta species illiberalitatis que in accipiendo exuperat fugiendas admonet: scilicet lenocinium/vsuram/ludos illiberales/parasytorum mores et clandestinam aliene rei sublationem atq; detentionem.


Magnificentia est circa sumptuum magnitudinem recta ratione servata mediocritas. ¶ Qui exuperat: circa decorum rudis et sordidus. Qui vero deficit: pusillus et parvificus nuncupatur. ¶ Sex magnifici proprietates. similis est scienti. honestatis causa magnos et decentes sumptus faciens. cum voluptate. sine parcimonia. potius quo pacto opus pulcherrimum fuerit atq; decens: q; quanti constiterit/paucisq; numis fiat: considerans. Ab equali sumptu mirabile ac magnificum opus faciens.

- | | | | |
|------------------------------------|---|---|-----------|
| 1 Quid. | 8 Est ne illiberalitas parvificetia/pusillitateq; deterior. | 12 Qui semel magnificum sumptum faciunt. | Questiões |
| 2 Ad quot p̄cipua magnifici opera. | 9 Quales magnifici | 13 An circa decorum rudis et pusillus vituperetur multum. | |
| 3 Circa que. | 10 An pauperes. | 14 Qñ magnifice agit. | |
| 4 Circa quod magis. | 11 An non nobiles et gloriosi. | 15 Et vbi. | |
| 5 Quid ei cōtrariū. | | | |
| 6 Cui magis. | | | |
| 7 Vtrū deterius. | | | |

¶ Elementa. ¶ 2. ad duo. primum ad dei cultum et heroum: vt templorum extructiones/dedicationesq; et sacrificia. secundū ad rempublicam. ¶ 8. Viciū quod magis vitari queat/deterius est. In parvis defectum vitare: facilius est. In magnis autem non deficere q; in parvis: difficilius. ¶ 9. Proprietates. ¶ 10. Si magnifici non sunt qui pro dignitate magnos sumptus facere nequeunt. ¶ 11. Iis qui magnos sumptus pro dignitate facere possūt: competit esse magnificos. ¶ 12. Qui magistratus subeunt/qui novas vxores ducunt: magnificos sumptus vel semel facere probantur. ¶ 13. Qui nullis nocent: non multum vituperantur. ¶ Breues sententie.

Sācta loca instaurato. Raro obsonator. parvificus nil facito. Precepta.
Deū tēplishonorato. Clarus magnificus esto Luxū/sorditiēq; vitato.

Magnificentia/liberalitatis species quedam est: vt liberalitas communi ratione completitur mediocritatem tam circa magnos sumptus q; mediocres. Si vero liberalitas proprie sumatur vt solum mediocritatem circa paruos sumptus designet (quo modo nonnunq; ab Aristotele capitur) ei magnificentia repugnat. Et diffinitur esse virtus moralis qua quis circa sumptuum magnitudinem neq; abundat neq; deficit: sed recta ratione determinatam mediocritatem seruat. Vt qui magnifica templa extruit ad dei & sanctorum honorem quando et vbi & secundum q; oportet. Similiter qui pro salute reipublice magnificum alteri regi munus dono mittit que modum oportet. Circa decorum rudis est qui circa sumptuum magnitudinem exuperat: non eos applicando ad id quod oportet. Vt si rex operosa preter necessitatem struat nalia pro sui ostentatione aut memoria relinquenda: aut in obsoniis maximos sumptus faciat ad vob



Magnificentia

luptatem dumtaxat sine aliqua morum utilitate. Et se habet ad magnificū vt pdigus ad liberalē. Paruificus autē est qui circa sūptuū magnitudinē deficit. Vt si rex quispiā sinat tēpla corruī & non instauret cū ei assit facultas: aut si minores q̄ res ipsa efflagitat sūptus in illis extruēdis faciat. Et se habet ad magnificū sicut illiberalis ad liberalē. ¶ Postea subiunguntur sex magnifici pprietates. Prima. Magnificus est similis sciēti. Nā quēadmodū sciēs oia considerat et examussim examinat ad suā rōcinationē spectātia. Ita quoq; magnific⁹ singula cōsiderat vt quātū sūptū factur⁹ sit/et gratia cuius/quib⁹ instrumētis/quo tēpore/loco/& modo. Quare nō fuit Alexāder magnus censend⁹ magnificus q; pauperi ciuitatē dono dederit: nō enī ei cui oportuit magnos sūptus fecit. Secūda. Magnificus honestatis gratia magnos et decētes sumptus facit. Nā pro cultu diuino vt decet maiores q̄ ad bonū reipublice expendit: et pro rei dignitate ipsos sumptus definit. Tertia. Magnific⁹ cū voluptate magnos sumptus facit. Fit enī officiū virtutis oē/delectabiliter. Quarta. Magnificus sine parcimonia magnos sūptus facit. Euitat enī viciū extremū in defectu/pusillitatē scz & paruificentiā. Quia. Magnificus cōsiderat potius quo pacto opus pulcherrimum fuerit atq; decens: q̄ quātū constiterit paucisq; nūmis fiat. Nēpe maiorē habet rationē splendoris et decētie rei q̄ pecunie aut sumptuū. Neq; operis excellentiā pecunie: sed pecuniā pulchritudinī operis submittit. Sexta. Magnificus ab equali sumptu mirabile ac magnificū opus facit. Nēpe si duo sint equali sūptu quicq; molientes/ vnus magnificus & alter non: qui magnificus est longe splendidus/et dign⁹ faciet opus q̄ alter: q; virtutē habeat magnificentiā sui operis rectissimā directricē. ¶ Prima questio. Quid magnificentia. Responsio. Est circa sumptuū magnitudinē recta ratione seruata mediocritas. Et ita de ceteris. ¶ Secunda. Ad quot/precipua magnifici opera se extendunt. Responsio. Ad duo. Primo. ad dei cultū et sanctorū/quos propter virtutū excellentiā (quibus vltra cōem hominū cōsuetudinē insignes fuerunt) heroes vocam⁹: vt tēplorū extructiōes dedicatiōes et sacrificia. Secundo ad rēpublicā vt munerū pro beniuolentia principū conciliāda datioē/ publici epuli ad reipublice salutē exhibitionē: vrbū et munitiōnū ad defensionē patrie constructionē et cōsimiliū. ¶ Tertia. Circa que versat magnificentia. Responsio. Circa sumptuū magnitudinē. Nā circa eā magnificentie operatio laudatur. Et non modo circa datioē huiusmodi sumptuū versatur: verū etiā et circa acceptionē recte definitā/sicut de liberalitate/cuius species est/predictum est. ¶ Quarta. Circa quod magis versatur magnificentia: an circa datioē an acceptionē. Responsio. Circa datioē. Nā potius virtutis est beneficia cōferre q̄ suscipere. Et honesta patrate preclari⁹ q̄ nō admit teretur pia: vt de liberalitate dictū est. ¶ Quinta. Quid magnificentie contrariū. Responsio. Circa decorū ruditas et paruificentia. Nam sunt circa sumptuū magnitudinē superabundantia atq; defectus: igitur ipsi magnificentie contrariantur. ¶ Sexta. Cui dīctorum extremorū magis contrariatur magnificentia. Responsio. Paruificentie. Nam hec/magnificentie dissimilior est q̄ circa decorum ruditas cum a sumptibus faciendis absteat: sicut illiberalitas: ipsi liberalitati dissimilior est. ¶ Septima. Vtrū duorum extremorum est deterius. Responsio. Paruificentia. Nam magis opponitur magnificentie q̄ circa decorum ruditas: igitur est deterius: quemadmodum et illiberalitas prodigalitate deterius esse dicta est. ¶ Octaua. Est ne illiberalitas paruificentia / pusillitateq; deterius. Responsio. Est. Nam viciū quod magis vitari queat deterius est. Atqui illiberalitas facilius vitari potest q̄ pusillitas. Est enim illiberalitas in paruis sumptibus/ pusillitas vero in magnis. In paruis autem defectum vitare facilius est: in magnis autem nō deficere q̄ in paruis/ difficillius. ¶ Nona questio. Quales sunt magnifici. Responsio. Magnifici sunt similes sciēti: honestatis gratia magnos et decētes sumptus faciunt/ cum voluptate/ sine parcimonia. Et ita de ceteris magnifici proprietatibus ante positis. ¶ Decima questio. An pauperes sunt magnifici. Responsio. Non. Nam ii magnifici non sunt: qui pro dignitate magnos sumptus facere nequeunt. Pauperes autem pro dignitate rei magnos sumptus facere nequeunt: nam desunt eis magne opes que sunt magnifici operis peragendi instrumenta. igitur pauperes non sunt magnifici sed ad liberalitatem dumtaxat pertingunt. ¶ Vndecima. An non nobiles et gloriosi sunt magnifici. Responsio. Sunt/ eisq; conuenit esse magnificos. Nam ii qui magnos sumptus pro dignitate facere possunt: competit esse magnificos. At nobiles & gloriosi vt reges et principes/ magnos sumptus pro dignitate facere possunt. Habent enim copiosas opes quibus id efficiant: igitur nobilibus et gloriosis competit esse magnificos. ¶ Duodecima. Qui sunt quibus semel competit magnificum sumptum facere. Responsio. Qui magistratus subeunt vel ecclesiasticos vel ciuiles: magnos sumptus vel semel facere probantur. Ita qui in cōsortium professionis lit-

Sex magnifici proprietates.

magnus.

Interdum magni sumptus.



terarie assumunt/aut ad aliquam promouent dignitatem et si priuata: magnos itidem sumptus facere possunt. Preterea qui nouas uxores ducunt: quibus mediocri sint conditione magnos etiam sumptus pro nuptiarum celebritate facere possunt. hi tamen idcirco non euadunt magnifici: nam ex unico actu non gignitur virtus.

- 13 **Decima tertia questio.** An circa decorum rudis & pusilli vituperent multum. **Responso.** Non. Nam qui nullis nocet: non multum vituperantur. At circa decorum rudis & pusillus ut huiusmodi nullis nocent: igitur circa decorum rudis et pusillus non multum vituperantur. Et intelligitur istud quando uterque simpliciter habet malitiam et non annexam alteri. Nam si eis altera annexa esset malicia ut iniusta populorum oppressio per vectigalium exactionem aut intemperantiam: vituperarentur quidem propter viciam annexam. **Decima quarta questio.** Quando magnificus magnifice agit. **Responso.** Quando oportet: & honesta magnifice agendi prebeat occasio: & ob maius bonum. Quanto enim maius est bonum ob quod facit: tanto magnificentius opus extruit: ut dignitati rei respondeat dignitas operis. **Decima quinta.** Vbi magnificus magnifice agit. **Responso.** Vbi oportet & honesta magnifice agendi offertur occasio.

Primum preceptum monet sancta loca ut templum/scenobium/pauperum xenodochia instauranda esse ad pios usus. **Secundum vero deum templis honorandum aut illorum extructione aut dedicatione aut sacrificiis.** Quoadmodum Iustinianus/Costantinus/Carolus magnus/diuus Ludouicus et filii inlyti reges facti talia legunt: quorum magnificentie hoc adhuc tempore durat monumenta. **Tertium.** Obsonia splendide conuiuia raro admodum apparanda monet. Nam in illis magni sumptus plerumque sine magna utilitate sunt. **Quartum precipit** claros & nobiles debere esse magnificos. Nam ipsis hec virtus peculiariter accommodata et debet. **Quintum: paruitiam pusillitatemque vitanda admonet.** Sextum vero sumptuum superfluitatem atque circa decorum ruditatem. Qua notati memorantur reges Egyptii qui ut suarum diuitiarum magnitudinem etiam posteris ostentarent: suique memoriam diuturniore redderent: extruxerunt sepulchra Pyramidalia tante altitudinis ut vertice celum tangere visa fuerint: tanteque sumptuositatis ut in illis integri regni opes absumpserint. Siquidem huiusmodi Pyramidum unam que ex arabicis lapideis constabat: a trecentis sexaginta hominum milibus annorum viginti spacio constructam scriptores perdidit. et in raphanos/allium & cepas quibus operari vescerent: mille octingenta talenta erogata. Quid igitur pecunie pro reliquis cibariis expositum esse credendum est? quid pro tante molis materia? Quid denique pro ipsorum artificum compensando labore sumptuum est factum?

Precepta Iustinianus Costantinus Carolus magnus. Diuus Ludouicus Pyramides Egyptie

Magnanimitas est virtus qua (cum ea magnis honoribus digna sit) honorum aut inhonoratione: fortunam tuam prosperam tuam aduersam moderate ferre possumus. Qui se magnis dignum faciendo cum minime dignus sit: exuperat: letus atque superbus dicitur. Qui vero se preclaris actibus et officiis et fortune bonis dignus priuando deficit: pusillanimus ac piger est.

Magnanimitas. IIII


Magnanimitatis proprietates. est caducorum bonorum contemptrix. sola interna/diuinaque bona reputans. in omni virtute magnam operans. est et quoddam virtutum ornamentum. **Questiones.**

Questiones

- | | |
|--------------------------------|--|
| 1 Quid aliis virtutibus | 13 An quorum beneficia suscipit. |
| 2 Quanta sunt magnanimi opera. | 14 An malorum/iniuriarumque illatarum memoretur. |
| 3 Circa que. | 15 An queratur |
| 4 Circa quod magis | 16 Quando magnanime agit. |
| 5 Quid ei contrarium. | 17 Et vbi. |
| 6 Cui magis. | |
| 7 Vtrum deterius. | |
| 8 Nunquid sine | |

Elementa. 2. Magna. **Opera studiosi qui se magnis honoribus dignum facit: magna sunt.** 4. Circa honores. **Virtus magis est circa id quod maius est. et honor externorum bonorum maximum est.** 7. Deterius est bona facere omittere: quam ad bona conari. 8. Qui alicuius virtutis dignitate priuatus: non est

ementa.



Magnanimitas

maximo honore dignus. ¶ 9. proprietates. ¶ 10. Difficile est oēs consequi virtutes. ¶ 11. Moderate. ¶ Qui pro maiori bono nō imoderate extollitur: neq; pro minori. et qui pro maiori malo nō imoderate trīstā: neq; pro mino ri trīstabit. ¶ 12. 13. potioris virtutis officii memoria est iucundior. potius vir tutis officium est beneficia conferre q̄ suscipere. ¶ 14. 15. Eorum que magna nimus despicit non recordatur neq; queritur.

Precepta.

Sēpīternis hereto. prosperis ne extollitor. Honorem ne arrogato.
Caduca contēnito. Ne deiciator aduersis. Ociosus esse caueto.

Sacratissi-
ma virgo
maria.
Iob

Chore
Dathan
Abiron
Aaron

Magnani-
mitatis qua
tuor pprie-
tates.

Qui sūt
re humil

¶ Iffinitio magnanimitatis duo potissimū explicat: circa que ipsa magnanimitas versatur. Siquidē primū cōsistit circa magnū honorē / magnāue ihonorationē: vtrūq; eodē animo moderateq; ferēdo. Neq; enī magnanim⁹ (quīs virtutē habeat ob suā excellētā magnis honoribus dignā) in honoribus et magnis dignitatib⁹ sese effert / neq; in honoriōibus deicitur: eodē semp tenore in vtroq; p̄sistens. Secūdo versat̄ circa magnā fortune / exteriorūq; bonorū pro speritatē / aut magnā aduersitatē: vtrāq; equa mēte et mediocriter ferēdo. Nō enī in p̄speris se extollit / aut deprimīt in aduersis. Quare ipsius magnanimitatis due sunt species. Prima: humilitas: qua quis magnos honores / prosperāue fortunā moderate et sine insolentia ferre nouit. Que potissimū illuxit in sacrosāctavirgie Maria vere magnanima atq; humilitatis eximie. Secūda: patiētia: qua quis magnas in honoriōes grauēq; fortune aduersitatē moderate fert. Qua insignis memoria fuisse Iob / oibus bonis deperditis & corpore grauissimo vlcere percusso: minime animo cōster natus aut illorū impatiēs. Opponū autē magnanimo lentus et pusillanim⁹. Lentus est qui se ma gnis honoribus aut fortune bonis dignū faciēdo / cū minime dignus sit: exuperat. Et idē quoq; su perbus dicit̄: q̄ sup alios sese efferat / illis preesse appetit / magnos honores affectat quibus tamen non est dignus: neq; idoneus officii illius dignitatis peragendis. Quales fuerūt Chore / Dathā / et Abirō: qui sacerdotiū diuina ordinatiōe ipsi Aaron designatū sibi vendicare voluerūt / grauissi maq; dei vltiōe puniti aliis exēplo esse debēt: ne quis ad principatus et dignitates asp̄itet vt hono re aucepet et domineat. Pusillanimus autē est qui priuādo se preclaris actibus et virtutum officii atq; fortune bonis / cū tamē dignus sit illis: deficit. Et is quoq; piger dicit̄ q̄ p̄clara habeat a deo sibi cōcessa munera quib⁹ pulchra virtutū officia alios dirigēdo exerceat: illa tamē sine vsu aliquo et opere ociosa dimittit / atq; torpore mētis ignauus diuina dona ad opus non accōmodat. persi milis sicut Euāgelice in qua dñs noster fructū q̄siuit: et infructiferā sua maledictōe prorsus aridā reddidit. p̄sillis itē seruo illi nequā / qui acceptū domini sui talentū abscondit in terrā. Verū vt hic durissime increpatus et in tenebras exteriores p̄iect⁹ legi: ita sibi pusillanimi timere debēt ne diuine sentēte seueritate prorsus arefcāt: ne idē eos exitus maneat qui seruū inutilē cui⁹ sunt siles sustulit. ¶ Postea enumerā q̄tuor magnanimitatis pprietates. Prima. Magnanimitas est exteriorū bo norū vt honorū / dignitatū / diuiciarūq; cōtēptrix. Noscit enī illa esse caduca / & momētanea: p̄ide illis nō figit animū sed pedib⁹ substrata lōge supgredit. Nō tamē id itelligēdū est hoc pacto q̄ di gnitates oēs atq; magistrat⁹ inire recuset: asperneturq; aliorū moderatiōē cū eā digne exeq̄pos sit. Nā cū cognoscit diuina beneficētia eas sibi vires adesse quib⁹ ad honestū finē aliis p̄desse possit: amplectit̄ huiusmodi dignitatē vt alios ad bene agendū dirigat / et collata sibi munera trāsfūdāt in ceteros. Alioqui esset pusillanim⁹ / priuādo se illis officii quib⁹ agēdis est idone⁹. Verū nō subit dignitatē aut magistratū vt aliis p̄sit / vt ab aliis honore: lōge enī p̄clariorē sibi finē p̄scribit. Quis ipsi exhibeat honoratio: nō inflat / nō intumescit sed puifacit eā. Si cōtra ei nō fiat honor aut infe ratur in honoriō / destituaturq; dignitate qua funct⁹ est: nō trīstā / nō indignatur sed facillanimo perfert. ¶ Secūda. Magnanimitas sola iterna bona et diuina: magni existimat. Ea siquidē cognos cit esse p̄petua / immortalia / et celestibus (quorū amore & desiderio tot⁹ rapiūt) q̄simillima: quibusq; mēs humana (quā corpore neglecto studiose colit) euadit diuinarū emula: ideo hec sola bona am plectitur / hec curat / hec sibi expetit & comparat. Quare humilitatis (quam magnanimitas vt spe clem continet) officium non est / animo infima quedam et abiecta versare: vt hominem esse vilē / miserem / esse misere conditionis & talia huiusmodi trīstia meditari: que qui mente voluit ni chilo alius agitans: sue videtur dignitatis oblitus / et beneficiorum dei ingratus atq; immemor / et ad pusillanimitatem quodammodo declinat atq; deurgit. Verum ea censenda est esse vera humilitas qua homo maxima dei beneficia in se collata alacri & erecto animo peruoluit: non

ea sibi aut suis meritis ascribēs sed diuine bonitati/pro sua imensa largitate in hoies supramodum benefice/gratiaq; agit pro virib⁹ de tāta dei in se munificētia: & huiusmodi suscepta bona ad diuini nois honorē dispensare referre; semp annitit. Considerat eni vere humilis hoiem corū q̄ in mūdō sensibili subsistūt esse dignissimū: eiq; cetera esse subiecta & ad ei⁹ vsū facta. Attēdit insuper eundē immortalia in qua diuine maiestatis signaculū impressū est/esse insignitū: & per eā cognoscit ipsū superiorib⁹ assimilari/qbus tamē nature dignitate lōge est inferior. Itaq; ad superiora entia se exiguū quiddam existimat/ ad illa se humiliat atq; extenuat/ illa assidue animo meditat: atq; cum piis lachrimis corū sillis fieri et tandē subire cōfortiū efflagitat. hic vere humiliū cogitat⁹ ē/ hec meditatio: ex his q̄ in se pulchra sūt et digna animū ad celestia erigere/ maxima dei dona cognoscere/ illis nō insolescere sed ea oīa diuine benignitati accepta referre. Ex qua iugi cōsideratiōe deū magnificat/ extollit & p̄dicat. ¶ Tertia p̄prietas. Magnanimitas in oī virtute magnū operat. Nā magnanimus oīa virtutū officia p̄clara reddit & excellētia/ lōgeq; p̄stantiora q̄ si virtutes ille sine magnanimitate adessent: vt excellentē periculi agressionē/ dignā voluptatū gustus & tactus moderationē/ insignē pecunie dationē/ atq; eximīā sumptuū magnitudinē. ¶ Quarta p̄prietas. Magnanimitas est quoddā virtutū ornamentū/ ipsas pulchriores sua claritate reddēs: p̄inde atq; clarissimū lumē pulcherrime picture cui superfundit decus affert & ornatū/ aut aurū p̄ciosis circūpositū lapillis/ illos efficit ornatiores. ¶ Prima questio. Quid magnanimitas. Respōdeē diffinitio prius data. ¶ Secūda. Quāta sūt magnanimi opera. Respōsio. Sūt magna. Nā opera studiosi q̄ se magnis honoribus dignū facit: magna sunt. Opera autem magnanimi: sūt opera studiosi qui se magnis honoribus dignū facit. Efficit eni magnanimus virtutū suarū amplitudine & excellētia: q; ei vere debetur magnus honor qui virtutibus p̄ditos decet/ q; dignus sit honorari: non tamen sua opera facit vt honorē consequatur/ externū et fragile bonū. imo honorē ei exhibitum paruifera cit. Igitur opera magnanimi sunt magna. ¶ Tertia questio. Circa que versatur magnanimitas. Respōsio. Circa honorē/ inhonorationē/ fortune prosperitatē ac aduersitatē. Nā circa hec/ ipsius magnanimitatis operatio laudatur: equa mente omnia ferentis. ¶ Quarta. Circa quod magis versatur magnanimitas/ an circa honores/ an fortune prosperitatē. Respōsio. Circa honores. Nā virtus magis est circa id quod melius est. honor autē melior est & prestabilior inhonorationē/ prosperitate fortune/ atq; aduersitate. honor eni externorū bonorū maximum est. In cuius signū solū honorē deo tribuimus: vt perfectissimo id quod inter externa prestantissimū est accommodetur. igitur circa honores magis versatur magnanimitas q̄ fortune prosperitatē. Alia quoq; ratio sumi potest ad probandū q; magis magnanimitas versetur circa honorē q̄ inhonorationē/ et magis circa prosperā fortunā q̄ aduersam. Quia virtus magis versatur circa id quod difficilius est. At longe difficilius est honorē q̄ inhonorationē moderate ferre. Nā honores reddunt homines tumidos/ insolentes et sui oblitos. Inhonorationes autē: patientes et seipos cognoscentes. Difficilius itē est prosperā fortunā q̄ aduersam moderate ferre. Nempe fortune prosperitas exoculat animū/ et vehementer trahit ad vicia. Aduersitas autē excitat mentē/ et hominē in viā redire impellit. Vnde legis populus Israeliticus in prosperitate se penumero deseruisse dominū/ et ad idolatriā declinasse. In aduersitate autē rediisse ad dominū/ et a malis respuisse. Preterea difficilius est ignominia q̄ fortune aduersitatē ferre. Nā ignominia videtur hoiem in seipso ledere. Aduersitas autē fortune est lesio in bonis externis et extra eū qui leditur. Interior autem lesio q̄ exterior grauior est. ¶ Quinta. Quid magnanimitati contrariū. Respōsio. Lentitudo & pusillanimitas. Nā sunt circa honorem et inhonorationē/ fortunā prosperā et aduersā superabūdātia et defectus: igitur contrariā magnanimitati. ¶ Sexta. Cui duorū extremorū magis contrariā magnanimitas. Respōsio. Pusillanimitati. Nā pusillanimitas est dissimilior magnanimitati q̄ lentitudo: eo q; deficit a preclaris actibus & officiis: que lentus quis indigne peragere attentat/ ipsi magnanimo in suis operibus idcirco similior. ¶ Septima. Vtrū ditorū extremorū est deterius. ¶ Respōsio. Pusillanimitas. Nā deterius est bona facere omittere: q̄ ad bona conari. Atqui pusillanimus omittit bona facere: quorū tamen agendorū sibi est potestas & facultas. lentus autem ad bona conatur quis immoderate & imprudenter: igitur pusillanimitas magis contrariatur magnanimitati q̄ lentitudo. Hinc facile est perspicere q̄ exiciale malum & q̄ fugiendū sit pusillanimitas: quandoquidē superbiā graue itidem viciū malicia exuperet. ¶ Octaua. Nunquid magnanimitas est sine aliis virtutibus. Respōsio. Non. Quia qui alicuius virtutis dignitate priuatur: nō est maximo honore dignus. Nā... or solum debetur virtuti: ita maior honor maiori virtuti/ et maximus honor perfectissime virtuti. Eā obrem dīcuntur Romani habuisse templū virtutis ita templo honoris coniunctū: vt in templum Romani

Questioes

Populus Israeliticus

Magnanimitas

honoris nō nisi p virtutis tēplū patuerit īgress⁹/quo īsinuarēt ad verū honorē nō nisi p virtutē pue
niri. Magnanimus autem maximo honore dignus est: igit magnanimus nullius virtutis dignitate
priuaf. Et hic de pfecto/cōsumatoq; magnanimo & qui maxime talis est fit sermo. ¶ Nona. Qua
lis est magnanimitas. ¶ Rñsio. Est exteriorū bonorū cōtēptrix/ sola interna diuināq; bona re- 9
putans. Et ita de aliis pprietatib⁹ pri⁹positis. ¶ Decima. Nūqd facile est magnanīmū esse. Respō 10
sio. Nō. Nā difficile est oēs cōsequi virtutes: cū vel vnā cōseq sit arduū. At magnanimitas nō est si-
ne aliis virtutib⁹: vt octaua q̄stio ostēdit. igit nō facile est magnanimitatē saltē pfectā cōseq. ¶ Vn
decima. quomō magnanīm⁹ fert vtrāq; fortunā. Respōsio. Moderate. Nā qui pro maiori bono nō 11
imoderate extollit: neq; p minori insolēter efferef. Atq; magnanīm⁹ pro maiori bono sc; honore
(q; exteriorū bonorū ē maximū) nō extollit. vt ex ei⁹ dīfinitōe cōstat. igit neq; p miore bono sc;
prospera fortuna imoderate efferef. Itidē q; p maiori malo nō imoderate tristat: neq; p minori
imoderate tristabit. Atq; magnanīm⁹ nō imoderate tristat p maiori malo vtpote ihonoratiōe: q̄ ē
mai⁹ malū q̄ aduersa fortuna. Nā ē exteriorū malorū maximū: cū opponat honorū/ exteriorū bo
norū maxio. igit neq; magnanīm⁹ imoderate tristat p minori malo: sc; aduersa fortuna. Quare 12
vtrāq; fortunā sc; tā p̄sperā q̄ aduersā magnanīm⁹ moderate fert. ¶ Duodecima. An nō corū qb⁹
benefacit magnanīm⁹/ memoria sit ipsi iocūdior q̄ eorū a qb⁹ beneficia suscipit. Respōsio. Est. Nā
potioris virtutis officii memoria est iocūdior. Atqui potius virtutis officiū est beneficia cōferre q̄
suscipere: igit corū quib⁹ benefacit magnanīm⁹ memoria est iocūdior. ¶ Decimatertia. An corū a 13
quib⁹ beneficia suscipit magnanīm⁹ memoria sit ei iocūdior q̄ corū quib⁹ benefacit. Respōsio. Nō.
quia iperfectioris officii virtutis memoria est min⁹ iocūda. Sed suscipere beneficia iperfecti⁹ est vir
tutis officiū q̄ cōferre/ igit eorū a qb⁹ beneficia suscipit memoria min⁹ est iocūda. ¶ Decima quar 14
ta. An magnanīm⁹ malorū/ iniuriarūq; illatarū memoret. Respōsio. Nō. Nā corū q̄ magnanimus
despicit: nō memora. Sed magnanīm⁹ despicit mala et iniurias illatas atq; paruifacit: igit illorum 15
nō memora. ¶ Decima quinta. An magnanīm⁹ de malis et iniuriis illatis quera. Respōsio. Nō.
Nā de his q̄ magnanīm⁹ despicit: ipse nō q̄rit. Sed mala & iniurias illatas magnanīm⁹ despicit. igit
de illis nō q̄rit. Quocirca de iuictissimis martyrib⁹ recte id canit p̄coniū. Cedunt gladiis more bi
dētū. Nō murmur resonat/ nō q̄rimonia. Sed corde tacito mēs bene cōscia: conseruat patientiā. 16
¶ Decima sexta. Quādo magnanīm⁹ magnanime agit. Respōsio. Quādo oportet/ & honesta ma
gnanime agēdi p̄bet occasio. ¶ Decima septima. Vbi magnanimus magnanime agit. Rñsio. Vbi 17
oportet/ et honesta id agēdi offeret occasio. ¶ Prima duo p̄cepta monēt animū sempiternis/
eternisq; bonis esse figendū: et caduca/ ad horāq; labētia cōtēnēda. Nā cū suapte natura imorta
lis est: immortalia bona vt sibi ppria curare debet. Fluxa autē et euanida sue dignitati et cōditiōi
minime respondētia missa facere. ¶ Tertiu⁹ p̄ceptū admonet in fortune p̄speritate: quartū vero
in aduersitate mediocritatē esse seruandā vt ne quis p̄speris itumescat neq; in aduersis animū deū
clat: quin potius oēm fortune asperitatē in honorationēq; facili mēte pferat. Et inter philosophos
Socrates insigni patiētia fuisse memora: quē cū adolescēs quidā temerarius admodū et fastidio
sus calce pculisset. Et comites Socratis id moleste ferrēt adeoq; discruciatī animo essent vt p̄cu
tientē psequi vellēt/ calcitronisq; noie eū insectarent: respondit socrates. Si me inquit asinus calce
pulsasset: dignū me vt mutuo illi calces incuterent existimaretis: adolescētīq; molestiā inferri oi
no phibuit. Preterea cū Aristophanes multa in Socratē cōuicia dissipās comediā i illius ignomīni
am edidisset/ agendāq; curasset: astatiū quispiā dixit Socrati. Nūquid ista Socrates iniquo pateris
animo? Non pfecto inquit. Siquidē in theatro perinde ac magno in cōuiuio salibus mordcor. Idē
a Xantippe vxore insolentissima post multa probra desuper vnda pfusus: sciebā inquit tanta toni
trua pluuīā consecuturā. Quod Bigus apte hoc carmine expressit.

Sanctorum
martyrum
laus.

Precepta

Socrates

Aristopha
nes.

Xantippe
Bigus

Ferendum est

Socratis exemplo: quodcunq; peregerit vxor.

Xantippen siquidem conuicia multa mouentem

Cum biande argueret: fedatus desuper vnda

Nil nisi deterfo post tanta tonitrua dixit


Vertice se pluuīā non ignorante secutam.

Et cū interrogaret Socrates a familiari suo q̄re vxoris insolētīā & difficile ingenū nō reprimeret:

Vt inquit domi discā quo pacto foris ferēde michi sint equo animo iurie. ¶ Quintū p̄ceptū

lentitudinem prohibet & magni honoris immoderatam appetitionem. Sextum vero pusillanti

mitatem atq; ociositatem vitandam precipit. Quam tota sane natura fugere conspici: in qua vnū



quodq; eā peragit functionē ad quā ordinat. vt celū irrequieto motu circūfertur/ sol suas obseruat vices quibus lumē nobis subministrat: ignis calorē suū diffundit. Sol^o hō est qui eā cui nat^o est operationē negligit/naturāq; deserit: cū per ociositatem bona facere omittit/ pigre mētis ignauia torpescēs. Que Domitianū quidē imperatorē posteris vituperabilē reddidit: quātā fuisse animi Domitian^o inertia pdit vt singulis dieb^o certis horis secretus ab oībus stilo ferreo muscas insectaret. Proinde abvno ex cubiculariis vrbano schomate tante demētie notat^o est: qui aliquādo interrogatus/ esset ne quisq; cū Domitiano intus: respondit/ ne musca quidē: quasi ille suo stilo oēs sustulisset. Hoc igit monstrū quod hoīem sue nature dignitate destituit/ ipsāq; nature ordinationē pulcherrimā puetit enixe deuitate preserti adolescētes litterarū & virtutis cupiditate incensū: quoniā nichil eque viciis alimēta ministrat et disciplinarū/virtutisq; studio nocet: atq; Accidia mentisq; torpor. Persuadete vobis solo labore ad vtramq; animi perfectionem perueniri posse. Mantuanumq; idipsum admonentem beniuoli audite.


Baptista
Mantuan

Est domus in summo saxosi vertice montis
Ardua: quo durum semita tollit iter.
Auratus paries gemmis vestitur vbiq;
Artis Apellee nobile fulget opus.
Atria prima labor: tecti penetralia virtus
Seruat/ in extrema parte locatur honor.
Horriferum labor est et inexorabile monstrum:
Quale quod infernas excubat ante domos.
Pectora lata tument/ collum breue/ brachia setis
Hispida: neruose/ marmoreeq; manus.
Plurima barba/ micant oculi: stant cornua fronte/
Esurit/ et sicco semper in ore sitis.
Sudat/ et in rorem facies et pectora currunt:
Nulla quies/ nulla est desidiofa dies.
Ilia magna/ femur validum/ sine pondere ventris:
Delinit in latos tibia longa pedes.
bile tumet: furit/ intrantes clamoribus arcet:
Vociferat toruum/ multiplicatq; minas.
Vt reor/ hoc prisca vates dixerunt inuenerunt:
Nam minuit vires debilitatq; labor.
Qui cupiunt igitur sanctos intrare recessus:
Longa prius duro prelia Marte gerunt.
Huc veniunt homines virtutis imagine ducti:
Sed refugit verso territa turba pede.
Hic opus est animis et firmi pictoris ausu:
Vincit quem longe non domuere more.
Degeneres animi primo in certamine cedunt:
Nec pudet expelli nec dare terga fuge.

Odestia est circa mediocres honores laudabilis mediocritas. ¶ Et Modestia
m qui circa eos exuperat: ambitiosus dicitur. ¶ Qui vero deficit: aphilotinus III
tinus et honoris appetitione vacans.

- | | | | |
|---|--|----|---|
| 1 | Quid. | 5 | Circa quod magis. |
| 2 | Quot circa honores virtutes. | 6 | Quid ei contrarium. |
| 3 | Cur due: et non due circa timores magnos et paruos et alias affectiones. | 7 | Cui magis. |
| 4 | Circa que | 8 | Vtrum deterius. |
| | | 9 | Qualis. |
| | | 10 | Cum honor maximū sit externorum bonorum: an |

- maximū honorē cupit.
- 11 Vtrum magis vt honoratur/ potiusue vt honoraret cupiat.
- 12 Quando modeste agit.
- 13 Et vbi.



Modestia.

Elementa

¶ Elementa. **¶** 2. Due. Magnanimitas et modestia. Magnanimitas quidē circa honores magnos: et modestia circa mediocres. **¶** 3. Cū affectiōes solū secundū maximū difficultates afferāt: circa mediocres nulla ponēt virtus. **¶** 9. In honoribus moderatus. **¶** Qui in honoribus nō effert: in illis est moderatus. **¶** 10. Neq; appetet neq; faciet modestus: nisi ea quorū dignū se putat.

Precepta


In dignitate modestus esto.
In magistratu te virum monstrato.

propter honorē ne illum querito.
Vanā ambitionē esse cogitato


Neq; honorē dignus recusato.
Neq; vnq; arrogato.

Questiōes

m Odestia / sexta virtutis moralis species: a magnanimitate dissidet vt paruū a magno. Nā magnanimitas circa magnos honores et inhonorationes / magnāq; prosperitatē aut aduersitatē versari dicta est. Modestia vero circa eadē quatuor sed mediocri versat: vt circa mediocres honores aut inhonoriōes / circa mediocrē fortune p̄speritatē aut aduersitatē: in illis neq; exuperādo neq; deficiēdo / sed debitā et prudētie circūstātiis determinatā mediocritatē seruando. Proinde in mediocribus humilitatem et patientiā vt suas species cōplectitur: quēadmodū de magnanimitate ante dictū est. Modesto autē opponunt ambitiosus et honoris appetitiōe vacans. Ambitiosus est qui circa mediocres honores exuperat: illosq; indignus ambit et appetit: nō quidē vt eos quibus p̄est ad honestā vitā dirigat: sed vt honoretur ab illis. Et se habet ad modestū sicut lētus ad magnanīmū. Honoris appetitiōe vacās est qui circa mediocres honores deficit: illos (quīs dignus sit & aptus exercere officia virtutū in alios) recusando / neq; tentādo diligentīā subire ad alios recte moderādos cū id q̄optime prestare possit. Et se habet ad modestū sicut pusillanīmus ad magnanīmū. Diciturq; greco noie aphilotimus. **¶** Prima questiō. Quid modestia. **R**esponso. Est circa mediocres paruosq; honores laudabilis mediocritas. Et ita de ceteris prius definitis. **¶** Secūda. Quot circa honores sunt virtutes. **R**esponso. Due / sc; magnanimitas & modestia. Magnanimitas qdē circa honores magnos: et modestia circa mediocres. Et sub honorib; inhonorationes / p̄speritates fortune / itē & aduersitates cōprehendunt: vt & in diffinitōe modestie contineri intelligebant. **¶** Tertia questiō. Quare circa honores due sūt virtutes: et nō sunt due circa timores magnos et paruos et alias affectiōes. **R**esponso. Honores ceteraq; externa bona aut mala nō solū circa magnū difficultatē afferūt: verū etiā et circa mediocre. quare circa eos due ponuntur virtutes: vna quidē ad magnos honores moderādos / altera vero ad mediocres. Affectiōes autem vt ire / solū secundū maximū difficultates afferūt: idcirco circa magnas moderandas solū ponetur virtus. Quocirca cū non difficile sit mediocres affectiōes moderari / & virtus omnis circa difficile versat: circa mediocres affectiōes nulla ponēt virtus. **¶** Quarta questiō. Circa que versatur modestia. **R**esponso. Circa mediocres honores. Nā circa que virtutis operatio laudatur: et virtus ipsa versatur. Modestie autē operatio laudatur circa mediocres honores. Circa eos igitur ipsa modestia versat. Eodē modo p̄bandū est qdē modestia itidē versatur circa mediocres inhonoriōes / prosperitates & aduersitates: que oēs sub honorū noie (vt dictū est) hic intelligunt. **¶** Quinta. Circa quod magis versatur modestia: an ne circa honorē / aut aliquod ceterorū trium. **R**esponso. Circa honorē. Nā virtus magis est circa id quod melius est. honor autē ceteris noiatis est melior. Est enī honor / externorū bonorū maximū: igitur modestia magis versatur circa honorem / quēadmodū de magnanimitate paulo ante dictū est. **¶** Sexta. Quid modestie contrariū. **R**esponso. Ambitio et honoris vacuitas. Sunt enī circa mediocres honores superabundātia et defectus: igitur contrariantur modestie. **¶** Septima. Cui duorū extremorū magis contrariatur modestia. **R**esponso. Honoris vacuitati. Nam est vicium ipsi modestie dissimilius / & ab operatione deficiens. Ambitio autem modestie similior est: qdē ad bonum (sicut & modestia) conetur. **¶** Octaua questiō. Vtrum dictorum extremorum deterius est. **R**esponso. Honoris vacuitas. Nam sicut nunc dictum est: ipsi modestie dissimilior est. Preterea deterius est bona facere omittere: q̄ ad bona conari. Honoris autem appetitione vacans omittit facere bona quibus oportet / quando / & vbi oportet. Ambitiosus autem ad bona conatur quis immoderate: igitur honoris vacuitas deterior est ambitione / quēadmodū pusillanimitas lentitudine probata est prius esse deterior. **¶** Nona questiō.



Qualis est modestus. Respōsio. In honoribus moderatus. Nam qui in honoribus non effertur :
 in illis est moderatus. Modestus autem in honoribus nō effertur sed mediocritatē seruat: igit̄ mo-
 10 destus in honorib⁹ est moderatus. ¶ Decima. Cū honor maximū sit exteriorū honorū: an mode-
 stus maximū honorē cupit. Respōsio. Non. Nam neq; appetet neq; faciet modestus nisi ea quorū
 dignū se putat. At nō putat se modestus vt huiusmodi/ maximo honore dignū sed mediocri dūta-
 xat: igit̄ modest⁹ nō cupit maximū honorē/ statūq; honorificū sed eū qui suis viribus/ quas vt pru-
 11 dens metitur/ respōdet: et in quo potiora in alīū officia virtutū exercere possit. ¶ Undecima. Vtrū
 magis vt honores potiusne vt honoret/ cupiat. ¶ Respōsio. Vt alios honoret. Nam poti⁹ virtutis
 officii magis cupit modestus. Atqui potius officii est alios honorare: q̄ ab aliis honorari. Nempe
 potius virtutis officii est beneficiū cōferre q̄ suscipere. Sed qui honorat: officii p̄stat/ qui autē ho-
 noratur: suscipit ab altero officii. igit̄ potius est honorare q̄ honorari: quare id impēsius cupit mo-
 12 destus. ¶ Duodecima questio. Quando modestus modeste agit. ¶ Respōsio. quādo oportet/ et
 13 honesta modeste agēdi prebet occasio. ¶ Decimatertia. Vbi modeste agit. Respōsio. Vbi oportet
 et honesta modeste agēdi p̄betur occasio. ¶ Prīmū preceptū admonet in dignitate et magistratu
 cōstitutos modestos esse debere. Qualis fuit in clytus ille Christianorū dux in expeditione hycroso-
 lymitana tēpore Vrbanī secūdi summi pōtificis facta Godefridus Bolonius: qui ob p̄cipuā operā Godefrid⁹.
 in eo bello p̄stitā omniū cōsensu rex Solymorū delectus: regni quidē titulū (vt Platina auctor est) Bolonius
 nō abnuī/ coronā vero aureā reiecit/ indignū arbitratus illic aureo diademate hominē insigniri: Vrbanus
 vbi rex regū Christus spineā coronā pro redēptione humani generis tulisset. Cōmendant̄ et septē Secundus
 Grecie sapientes de modestia. Nam a piscatorib⁹ rethe trahētibus: quidā (vt refert Valerius) iactū Platina.
 emerat. Extracta deinde magni ponderis aurea mensa: orta controuersia est/ illis se lacurā pisciū Septem sa-
 uitatē rei et magnitudinē pecunie ad vniuersum ciuitatis populū delata: placuit Apollinē delphi- Valerius.
 cū cōsuli cuiā ad iudicari mensa deberet. Respondit Apollo mensam illi esse dandā qui sapientia Apollo
 ceteros prestaret. Tum illi Thaleti Milesio mēsam dederūt/ ille cessit eam Bianti/ Is Pittaco Mity-
 lenco/ is insup alij/ deinde p̄ omniū septē sapientū orbē/ ad vltimū ad Solonē mensa delata est: qui
 et titulū amplissime prudētie et premiū ad ipsum Apollinē transtulit/ eiq; mensam illā vt sapētissi-
 mo dedit. ¶ Secūdū preceptū dicit q; cū in magistratu eius qui eū gerit cōditiones et mores liqui-
 do ostēdan̄. Si enī studiosus est: preclare eius virtutes in aliorū moderatione excellenter elucēt.
 pinde atq; forme elegātia in homine editiore loco cōstituto/ omniūq; in eum intentis oculis: clare
 spectat. Si vero magistratū gerens est viciosus: eius quoq; vicia manifestius se p̄dunt q̄ si priuatā
 ageret vitā. quēadmodū deformitas vultus in eo qui altiore loco positus ab oibus circūspiciē cla-
 rius inotescit q̄ si submissiore constitutus gradu non omniū aspectui obijceretur. Quare admonet
 hoc p̄ceptū vt qui magistratu fungit̄: se virū/ atq; virilis animi ostendat/ aliorū directioni vigilāter
 intēdendo: et que sui sunt officij nō ignaui ter exequēdo. ¶ Tertiuū preceptū admonet magistratū
 p̄pter honorē/ atq; honorationē que a populo exhibet̄ minime esse querendā. Nam honor bonū
 est externū/ momētaneū/ et cito euāescens: quare nō debet cōstitui finis p̄cipuus gerēdi magistra-
 tum aut opationis humane. Sunt enī imperfectiora/ p̄fectiorū grā semp ordināda: et nō p̄fectiora
 imperfectiorū. Bona autē anime vt officia moderationis aliorum: p̄fectiora sunt/ externa vero lōge
 imperfectiora. Non igit̄ ad honorationē assequēdā debet magistratus ordinari. ¶ Quartum pre-
 ceptū monet ambitionē/ imoderatāq; honoris cupiditatē vanā esse nulliusq; vtilitatis. Nā plerūq;
 honor illis exhibet̄ qui eo sunt indigni. Et si cuiq; exhibet̄/ nō protinus cōsequit̄ eū esse meliorem:
 aut si denegat̄/ deteriorē. At vero q̄ fluxus est honor et omnis mundi pompa: memorabili exēplo
 ostēdit Saladinus Saracenorū princeps admodū strēnuus. Iussit enī cū corpus eius efferendū esset Saladinus
 ad sepulturā lintheum haste affixū funeri anteferri clamāte precone Saladinū Egypti dominū/ et
 domitorē Asie/ Vrbiq; hycrosolymitane atq; totius Palestine victorē ex tātis opibus et dignitati
 bus nil nisi id lintheū ad sepulchrū secū ferre. ¶ Quintū preceptū monet eū qui dignus est fungi
 dignitate publica ad aliorū moderationē nō debere eam recusare sed amplecti: vt non modo sibi Q. modest⁹
 verū etiā alijs prosit. Siquis enī aptus alios dirigere detrectaret huiusmodi puñciā: esset honorē recte
 appetitione vacans et vituperāndus/ quare modest⁹ recte appetit magistratū et cōueniētia p̄quiri : honores
 media vt eū assequat̄: non quidē honoris aut alicuius vanitatis grā sed salutis subditōrū. Nam cū t magistra
 gnoscat seipsum et scit se ea habere munera a deo quib⁹ aliorū p̄fectui cōsulat/ neq; vult illa dimit- im.
 tere ociosa: grām q; dei vacuā et sine fructu relinquere. Neq; ibi quicq; est p̄sumptionis p̄t. iels: sū-
 cut neq; si peritus Architectus cognoscēs se artē edificatoriā callere/ domū cōstruendā suscipiet:



idcirco diceret psumere. Veru si indignus alios moderari ambiret magistratu: is vicio psumptioſis notadus eſſet/ nā honorē quo nō eſſet dignus ſibi arrogaret: quod ſextū pceptū prohibet.

Manfuetudo
III

m

Anſuetudo eſt circa irā moderatiua mediocritas. ¶ **Q**ui irāſcendo abundat: iracundus eſt. Qui ſi ire incendiū fouet difficile recōciliabilis: inſenſus dicit̄. ¶ **Q**ui vero deficit: ira vacuus nūcupatur. ¶ **M**ā

ſuetus/ mitis. Ira eſt ob apparentē paruipenſionē atq; cōtemptū: vindicte appetitus. ¶ **M**anſueti pprietates: p̄turbatione vacat. nō ducitur ira. pro his et quāto tēpore recta ratio iubet: irāſcitur. nō eſt ſui vindex: quin potius ad clemētiā declinat. ¶ **C**lemētia eſt virtus punitionis moderatiua. Qui cauſam puniendī habet/ punitionis modū excedēs: crudelis. Qui vero ſine digna occasione in hominū penas ſeuit/ debacchaturq;: ſeuus ac ferus dicitur. Secūdū iniuriē/ quātitatem digna punitiō: cruciatus nuncupatur.

Queſtiones

- | | | |
|------------------------|---------------------------|--|
| 1 Quid | 6 Quid ei cōtrarium. | 11 delectabiliterne cōiuiuit |
| 2 Magnarūne irarū ſolū | 7 Cui magis. | 12 Cur potius ad indulgēdum flectitur. |
| 3 Quot eius modi | 8 Vtrum deterius | |
| 4 Circa que. | 9 Quo differt a clemētia. | 13 Quando māſuete agit |
| 5 Circa quod magis | 10 Qualis. | 14 Et vbi. |

Elementa.

¶ **E**lementa. ¶ **2.** paruas iras refringere facile eſt: magnas autē arduum atq; difficile. ¶ **3.** Duo. facile cōciliabiles: atq; difficulter. ¶ **8.** Viciū ad quod natura pniores ſumus: deterius eſt. ¶ **9.** Clemētia circa punitiones eſt et ſupiorū ad minores. ¶ **10.** proprietates. ¶ **11.** Qui nulli moleſtus eſt ſed beniuolus eſſe cōtēdit: delectabiliter cōiuiuit. ¶ **12.** Satius eſt paululū ad minoris malicie latus declinare: q̄ peioris vicij diſcrimini ſe cōmittere. ¶ **B**reues ſentētie.

Precepta.

Mitis eſto.	Vt oportet irāſcitor.	Quos punis/ homines memento.
Iram cohībeto	princeps clemētiā ſeruato.	Malis indulgere nolito.
Q̄ corpus deformat/ ab alijs diſcito.	tyrānos crudeles eſſere/ aut ſpeculū cōſulito.	Licentia ne peccata creſcūto.

Iracundi diuſo.

¶ **D**iffinitur manſuetudo eſſe virtus moralis qua quis circa irā neq; abundat neq; deficit: ſed mediocritatem ſeruat/ irāſcendo pro quibus oportet/ quando et vbi oportet. vt ſiquis audiatur deo iniuriam inferre aut turpia ppetrare: manſuetus illi moderate irāſcit. Ita et ſe cōtinet ab ira quādo et vbi oportet. vt ſi ab altero acceperit cōtumeliā aut iuriā nō p̄tinus efferuet aut indignatur ſed trāquillo animo p̄ſtat apud ſe reputans nō idcirco quēpiam malū eſſe aut vicioſum ſi ab altero talis noietur et habeat: neq; ob aliorū verba noſtrianimi conditionē euariari. Quocirca ſi id quod eſt exprobraſ cognoscit ita ſe habere: dolet ſe quidē id admiſiſſe/ et emēdationē p̄ponit. Si vero cōſci⁹ ſit falſo id ſibi irrogari aſcribiq;: tanq̄ ad ſe id minime p̄tineat paruiſfacit. ¶ **M**anſueto autē opponitur iracūduſ et ira vacuus. Iracūduſ eſt qui irāſcendo abundat et plus equo irāſcit: nō refrenās animi efferueſcentiā p̄ rectas rationis habenas. Et is aut leui occasione vt vnus verbi offendiculo cōcitat̄ ira/ aut longiori q̄ oportet tēpore p̄manet iratus/ aliāue circūſtantiā omittit. Verū duplex eſt iracūduſ: quidā facile recōciliabilis: et eſt qui leuiter ad iram cōmouet ſubito efferentis animi impetu et leuiter redit ad lenitatē: duciturq; penitudine corū q̄ ira p̄citus cōmiſit. Quales ſūt Colerici p̄ſimiles flāme que ex ſtuppe aut ſtraminis incendio naſcit̄ facile/ et pari leuitate extinguit̄. Ali⁹ autē eſt iracund⁹ difficile recōciliabilis et inſenſus: qui nō facile quidē ad irā cōcitat̄/ verū vbi cōmouſ fuerit: ire incendiū animo retinet longo admodū tēpore imo interdū vſq; ad ſepulchra. Quales ſunt Melancolici: quos recte licet aſſimilare ferro. Id eni nō facile igniſ: ſed poſtq̄ ab igne incāduerit/ d̄: ſeruat igneū candorē. Et horū iracūdia deterior eſt: nā ſola vindicta/ vltioneq; mitigari ſolet. Ira vacuus eſt qui irāſcēdo deficit et min⁹ irāſcit q̄ oportet/ vt ſi deo aut ſanctis audiat inferri



cōtumeliā/aut videat aliquē turpia ppetrantē:tamē nō irasctur illi neq; succenset. ¶ Diffiniō autē Quid ira
ira esse appetitio vindicte concepta ob apparentē puiensionē ab altero illatā. Et fit ab ebullitione
atq; efferuescentia sanguinis circa cor:que cū vehemēs est/rationē prorsus obturbat: et ad graua
mala vt rixas cedes/et homicidia/impellit. Proinde merito Iuuenalis hoies carpit q; inter se seuo Iuuenalis.
res sint q; animalia rationis expertia: cum inquit.

Sed iam serpentum maior cōcordia:parcit
Cognatis maculis similis fera:quādo leoni
Fortior eripuit vitam leo: quo nemore vnq;
Expirauit aper maioris dentibus apris
Indica tigris agit rapida cum tigride pacem
Perpetuam:seuis inter se cōuenit vrlis.
Ast homini ferrum lethale incude nephanda
Produxisse parum est:cum rastra ac sarcula tantū
Assueti coquere et rastris ac vomere lassī.
Nescierint primigladios excudere fabri

¶ Deinde ponūtur quattuor mansueti proprietates. Prima.Mansuetus vacat pturbatione. Quia Quattuor
in eo impetus ire cohibetur:ne sit maior q; recta ratio determinet/ neq; adeo vehemens vt animo mansueti p
perturbationē inferat. ¶ Secunda. Mansuetus nō ducitur ira neq; rapitur ad vindictā more fere prietates
que vulnerata ruit in obiectos gladios. Et cum punit aut reprehendit: non id facit vt indulgeat
animo suo aut iram exaciet/sed vt per punitionē inducat punitum ad bonum/ et retrahat a malo.

¶ Tertia. Mansuetus irasctur pro iis pro quibus recta ratio iubet esse irascendum:vt aliorum vi-
ciis que videt perpetrari. Tanto itidem tempore irasctur quāto recta ratio iubet esse irascendum: Stoici
et ita de ceteris circūstantijs. Neq; assentit Stoicorū sententie dicentiū iram omnē esse malā:et ho-

mini studioso nullo modo irascendū esse. Nam affectio ire homini data est boni gratia neq; prorsus
est pcedenda:sed in mediocritatē reducēda. ¶ Quarta. Mansuetus nō est sui vindex neq; ppriarū
iniuriarū vltionē sumēs:sed ad clementiā potius declinat. In quo quidē assimilatur diuine benigni
tati que et si plurimis offensa malis pronior est ad miserendū q; puniēdū. Expectat enī nostrū ad
se reditū et clemētissimas que nos recipiant manus porrigit. Quis enī deus et summe iustus sit et
misericors:plura tamen benignissime eius misericordie q; iustitie et potiora nobis cōstant argumē-

ta. Non enī quotiens peccant homines:presentes de eis penas sumit. Quocienscūq; tñ eius beui-
gnitas a nobis expetit:eam pientissime statim largit. Vt et misericordia in eo supexaltate iudiciū
et miserationes eius sup oia opa eius esse planū sit. ¶ Deinde diffiniō clemētia esse virtus punitiō-
nis moderatiua. Et hec dirigit ad punitionē inferendā quādo oportet/et secūdū q; oportet:simili-
ter et ad ignoscendū quādo recta ratio definit esse dandā veniā. Cui duo opponūtur extrema vi-
ciosa:sc; inclemētia et indulgētia. Inclemētia est cū quis in puniēdo exuperat: et recte rationis mo-
dum excedit. Eius species sunt crudelitas et seuitia. Si quidē crudelis est qui causam puniēdi habet
et punitionis modū excedit:vt qui pro leui peccato afficeret aliquem morte. Qualis fuit Manlius

torquatus qui filiū suū generose indolis ab hoste ad singulare certamen puocatū et victorē securi Manlius
percussit q; cōtra imperiū suū pugnasset. hinc imperiosus dictus est. Seuius autē siue ferus est qui sine Phalaris.
digna occasiōe in hominū penas debacchatur. Qualis Phalaris qui pmiū pposuit ei qui nouū tor
menti gen^o ad excruciadōs homines excogitasset. Qualis et Diomedes trachus qui hospites sua Diomedes.
domo susceptos obiecit equis humana carne vesci assuetis in pabulū. Cruciatu autē dicitur secū-
dum iurie quātitatē cuiq; inflicta digna punitiō. Et a clemētia pficiscit. Indulgētia vero est vicium
quo quis in puniēdo deficit atq; remissus est:nō puniens pro quib^o oportet neq; quādo oportet.

1 Et hec sunt vicia pullulare/atq; multiplicari:q; patiatu ea esse impunita. ¶ Prima questio. Quid Questiones
mansuetudo. Respōsio. Est circa irā moderatiua mediocritas. Ita cetera diffiniōes querēde sunt.

2 ¶ Secūda. Est ne mansuetudo magnarū irarū solū. Respōsio. Est. Nam paruas iras refringere fa-
cile est:magnas autē arduū atq; difficile. Virtus autē circa difficile versatur:igif circa paruas iras nō
est māfuetudo sed solū magnas. quas qui cohibere vt oportet nouerit:sciet et paruas facile cōpe-

3 scere. ¶ Tertia. quot iracūdorū modi. ¶ Respōsio. Duo:sc; facile recōciliabiles vt qui summe sūt
+ bilis et Colerici:et difficulter recōciliabiles vt qui atre sunt bilis et Melancolici. ¶ Quarta. Circa
que versatē mansuetudo. Respōsio. Circa ire excessus et defectus. Nam circa illa/māfuetudinis ope

5 ratio laudat atq; cōmendaē. ¶ Quinta. Circa quod illorū duorū magis versatur mansuetudo. Re-
spōsio. Circa ire excessus. Nam virtus magis versatē circa id quod difficilior est. Atqui difficilior est



Manfuetudo

irā ne excedat moderari q̄ nō deficere circa irā: igit̄ manfuetudo magis verfā circa ire excessus q̄ defectus. ¶ Sexta. Quid māfuetudini cōtrariū. Responſio. Iracūdiā et ire vacuitas. Sunt enī circa 6
 iram ſupabundātia et defectus. ¶ Septima. Cui dīctorū extremorū magis cōtrariā māfuetudo. 7
 Reſpōſio. Iracūdie. Nam hec māfuetudini diſſimilior eſt. Ira vacuus enī ſicut et manfuetus ad cle- 8
 mentīā deflectitur et dandā veniā. ¶ Octaua. Vtrū dīctorū viciorū eſt deterius. ¶ Reſpōſio. Ira- 8
 cundia. Nam ipſi manfuetudini eſt diſſimilior vt modo oſtenſum eſt. Preterea viciū ad quod natu- 9
 ra proniores ſumus: deterius eſt. Sed ad iracūdiā natura ſumus p̄penſiores q̄ ad iracundiam ireq; 9
 defectū vt experimēto cōſtat: igit̄ iracūdiā deterior eſt. ¶ Nona. Quo differt māfuetudo a clemē- 9
 tia. Reſpōſio. Eo ipſo q̄ clemētia circa punitiōes eſt: et ſuperiorū ad inferiores ſue poteſtati ſubiectos. 10
 Manfuetudo vero eſt circa iram et nō ſolū ſuperiorū ad inferiores: vt etiam equaliū ad equales: et 10
 inferiorū ad ſuperiores. Quocirca omnis clemētia/manfuetudo eſt: māfuetudiniq; cōiuncta: ſed nō 11
 ois manfuetudo eſt clemētia aut ipſi clemētie annexa. ¶ Decima. Qualis eſt māfuetus. ¶ Reſpō- 11
 ſio. Perturbatione vacat/nō ducitur ira/pro his et quanto tēpore recta ratio iubet iracūdiā: et ita de 12
 alijs. ¶ Vndecima. An ne manfuet⁹ delectabiliter cōiuit. Reſpōſio. Delectabiliter. Nam qui nulli 12
 moleſtus eſt ſed beniuolus eſt cōtendit: delectabiliter cōiuit. Manfuetus autē nulli moleſtus eſt 13
 ſed oibus eſt beniuolus cōtendit: igit̄ māfuetus delectabiliter cōiuit hoibus. Cōtra vero euenit 13
 de iracundo. ¶ Duodecima. Cur māfuetus potius ad indulgendū flectitur. ¶ Reſpōſio. Nam ſa- 14
 tius eſt paululū ad minoris malitię lat⁹ declinare q̄ peioris vicij diſcriminari ſe cōmittere: quē admo- 14
 dum nauigans potius ad minus periculū maris aliquātulū deurgit q̄ maiori periculo ſe exponat. 15
 Indulgētia autē atq; ire vacuitas: minus eſt malū/et iracūdiā: deterius/vt p̄batū eſt. igit̄ potius mā- 16
 fuet⁹ ad indulgētiā paululū declinat: q̄ iracundie diſcriminari ſe cōmittat. Quod ſane Pyrrhus rex 16
 Epirotarū ſuo exēplo oſtēdit. qui cū audiſſet apud quosdā in cōuiuio Tarētinarū parū honoratū 17
 de ſe ſermonē habitū eſſe: eos accerſi iuſſit. E quibus vn⁹ ait. niſi nobis vinū defeciſſet: iſta que tibi 17
 relata ſunt/collatione eorū q̄ de te locuturi eramus: iocus et ludus fuiſſent. Tam vrbana (vt inquit 18
 Valerius) crapule excuſatio tanq̄ ſimplex veritatis cōfeſſio: irā regis cōuertit in riſum. Qua mode- 18
 ratione aſſecutus eſt vt et ſobrijs ſibi Tarētini gratias agerent: et ebrijs bene precarētur. ¶ Decima 19
 tertia. Quādo manfuetus manfue agit. ¶ Reſponſio. Quādo oportet/et honeſta manfue agēdi 19
 prebeſ occaſio. ¶ Decimaquarta. Vbi māfuetus manfue agit. Reſpōſio. Vbi oportet/et honeſta 20
 manfue agēdi itidē p̄ſtat occaſio. Nam et tēpus et locum oportunū ſuis officijs accōmodat. 20
 ¶ Primū p̄ceptū monet nos imites et manfuetos eſſe debere. Talibus enī poſſeſſio terre viuētū re- 21
 promiſſa eſt et hereditas celeftis. ¶ Secundū irā cohibēdā p̄cipit. Nā ipſa q̄ diu aīo retinet excruciat 21
 animū atq; exedit: haud ſecus ac flāma abſumit oleū quo cōtinet. Et quē admodū ſagitta ſi corp⁹ 22
 ſolū p̄ſtrinxerit/armorū munimētis repulſa: nō nocet. Si vero corpus penetrauerit: infert vulnus/ 22
 et quo diutius ſeruaf in corpore: eo vulnus fit deterius. Ita ſi cōtumelia ab altero illata nō p̄mouet 23
 animū ſed virtutis clipeo reſicitur: nō nocet. Vbi vero animū ſubierit/iraq; p̄mouet: eū afflicta et 23
 q̄ diu retinet torquet et vexat. Quare merito cōmēdatur Pericles Athenieſis quē cū quidā probris 24
 laceſſeret: minime irritatus eſt neq; animo cōmot⁹. Sed p̄ vniuerſum diē p̄ſeueratū eſt: cū ille nullo 24
 maledicto abſtineret. hic vero tanq̄ res ea nichil ad ſeptineret cōtēneret. Vt ſpere autē facto et te- 25
 nebris exortis cū iurgator ille vix eo tēpore abire vellet: Pericles famulo cū lumie accito ad domū 25
 vſq; benigniter p̄ſecutus eſt iniuriantē. Ita cū quidā iratus Euclidi Megareſi necem minaret: idq; 26
 ſe facturū eē iuramēto firmaret. Euclides cōtra iurauit ſe p̄fecto illū placaturū/ effecturūq; ne ſibi 26
 amplius inſenſus foret. Sic et iracūdiā cōcitāt⁹ quiſpiā pulſauit Socratē: eius faciē petulātillime ce- 27
 dens. Socrates vero nō repugnauit/ ſed illius petulātie ac ire ſe p̄miſit: donec ei vult⁹ vndiq; tuber 27
 fieret. Verū vbi ira illius ſatiata eſt: Socrates quidē nichil aliud egit niſi q̄ fronti ſue inſcripſit p̄cuſ 28
 ſoris nomē/ quē admodū ſtatuis fieri ſolet: ille (inquit) hoc opus effecit: nec vltorius vlcis ei perrexit 28
 ¶ Tertū p̄ceptū monet vt ab alijs ira peccatis cognoſcamus: quātū ira ipſa corpus deformet. Nā 29
 luridū colorē atq; liuorē plūbeū ori inducit: totūq; corpus p̄mutatū reddit. ¶ Quartū vero vt cū 29
 ira cōcitati ſumus ſpeculū cōſulamur admonet: et ex eo cognoſcamus quātū ira noſtrū deformet 30
 vultū/ vt ex illa ſaltē deformitate exhorream⁹ ire p̄turbationē/ et eā moderari ſtudeam⁹. ¶ Quin- 30
 tū admonet interdū iracundū eſſe: cū ſc̄j recta ratio id definiat. ¶ Sextū/ principes admonet cle- 31
 mentīā et in punitione moderationē ſeruare. Nam vt Mātuan⁹ ait. Clementia reges efficit impio- 31
 dignos. ¶ Septimū Eos qui crudelitātē exercēt tyrānos eſſe oſtendit qui iuſtū in puniēdo modū 32
 excedunt. Qualis fuit Nero/ Domitianus/ Diocletianus et cōſimiles. ¶ Octauū p̄cipit homines 32
 in punitione moderatos eſſe debere: ea p̄fertim ratione q̄ qui puniunt/ hoies ſunt: quare nō eſt 33

Pyrrhus
Tarentini
Valerius.


Precepta

Pericles.

Euclides

Socrates.

Mātuan⁹



in eos ut iumenta aut feras seuiendū / sed naturali benignitate humanoq; ingenio in ipsos aduertē dum. ¶ Nonū prohibet ne malis indulgeamus sinēdo eos impune quicūq; libet perpetrare: ¶ Decimū: ne licentia et laxiore animi facilitate permittētis quis sine punitiōe cōmitti: peccata crescāt / admonet. Nam ut inquit Comicus: Deteriores oēs sumus licētia. Hinc in sacris litteris Heli sacerdos grauius a dño punitus legit q; filios suos ut patrē decuit nō castigauerit / a malisq; repperit. Terentius Heli

Affabilitas est circa humanarū congressionū voluptates ac tristitias (cū sine dilectione affectuue sit) laudata mediocritas. ¶ Et qui delectandi studio nec ob aliud quicūq; exuperat: placidus / qui emolumētī gratia: adulator. Qui vero oia moleste ferens deficit: difficilis / contentiosusq; dicitur. ¶ Affabilis pprietates .oibus ut oportet cōiuit. honestatis aut vtilitatis gratia id agit. cōiutori turpe aliquid aut damnū facienti: aut qui sibi ipsi dedecori / nocentouē sit: dolorem afferre eligit. dolorem afferre vitat: nisi maiora bona pendeant. ¶ **Q**uestiones.

Affabilitas. IIII

Questiones

- | | | |
|----------------------------|-----------------------------------|--|
| 1 Quid. | 6 Cui magis fert dolorem. | |
| 2 Quot exuperationis modi. | 7 Vtrum deterius. | 12 Cur magis ad delectandum flectitur. |
| 3 Circa que. | 8 Quo amicitie cōueniat | 13 Quādo affabiliter agit |
| 4 Circa quod magis. | 9 Quo ab ea differat | 14 Et vbi. |
| 5 Quid ei contrariū. | 10 Qualis. | |
| | 11 Nonne interdum affert dolorem. | |

¶ **E**lementa. ¶ 2. Duo: solo studio placēdi / et ob aliud quicūq;. ¶ 8. Amicitia in humanis cōgressionibus versat. ¶ 9. Sine dilectione / affectuq; amicitia nō est. ¶ 10. proprietates ¶ 11. Cū delectare / doloremue nō afferre dedecori aut detrimento sit: dolorem afferre putabitur vtilius. ¶ **B**reues sententiae.

Elementa

Affabilis esto.	promptior audito.	Que placēt profuntq; dicito.
Salutato libenter.	Que audias bona sunt.	Eademq; facito.
Neminem irrideto	Nulli detrahitō.	Aliorū bñfacta narrato
Incōpositos risus vitato.	Doctiorem te audito	Tua fileto.
parum loquitor.	Indoctos erudito.	

Precepta

¶ Affabilis circa cōgressiones humanas ut sermonū et rerū cōicationē / cōiuctū / et familiaritatem hominū mediocritatē seruat: neq; exuperādo in eis neq; deficiendo. Et aliquādo quidē circa earū voluptates versatur: afferendo delectationē ijs quib; cōiuit et pbando q; pbanda sunt: Nōnūq; vero circa earū tristitiā / afferendo dolorem suo cōiutori et rephendendo que sunt rephendenda. Est autē affabilitas sine dilectione et affectu vnus ad alterū: quo ab amicitia discrimen habet. quare et ignoti est ad ignotū sicut noti ad notū / preterea superiorū est ad inferiores / equaliū ad equales / et inferiorū ad superiores / vnus cuiusq; pro statu et cōditione sua. ¶ Affabili in exupatiōe opponit placidus et adulator. In defectu vero cōtentiosus. Placidus est qui solo placendi his quib; cōiuit studio nec ob aliud quicūq; circa humanarū congressionū voluptates exuperat. Curat enī placidus eos quibuscū versatur voluptate afficere: idcirco oia aliorū et dicta et facta pbat. Adulator autē est qui emolumētī et alicuius cōmodi gratia: circa humanarū cōgressionū voluptates exupat. Contendit enī assentando aliorū dicta factaq; oia laudare: ut ab eis quos laudat emolumentū pcpiat. Contentiosus autē et difficilis est qui oia etiā bona aliorū dicta aut facta moleste ferens: circa humanarū cōgressionū voluptates deficit. Calūniā enī cōtentiosus aliorū bona opa et fastidit: quē admodū Pharisei miracula et verba domini nostri semp moleste tulerūt. ¶ Subiūgunē quattuor affabilis pprietates. Prima. Affabilis / oibus ut oportet cōiuit: et superioribus et equalibus et inferioribus. Superioribus quidē: accipiēdo ab eis eruditiōē et directionē. Equalibus: eos exhortādo ad virtutū officia / et ad vite honestatē admonēdo. Inferioribus autē: eos dirigendo aut cōsilio aut doctrina. ¶ Secunda Affabilis / honestatis aut vtilitatis gratia omnibus cōiuit. Nam suo cōiucto

harisei quattuor an us pprietates.




Affabilitas

vult alios ad virtutē inducere/illorūq; salutem studiose querit: exēplo ipsius summe boni qui vult oēs homines saluos fieri. Quēadmodū dñs noster summū eximie affabilitatis exēplar cū publicanis et peccatorib⁹ versari dignatus est: vt eos humanitate sua/suauissimisq; monitis ad virtutis viā reduceret. ¶ Tertia. Affabilis cōuictori turpe aliquid aut damnū faciēti: idue cōmittēti vnde sibi dedecus et nocuentū pariat: dolorē afferre eligit/eum moderate reprehendēdo: et vt a turpib⁹ aut verbis aut factis deinceps absteat/admonendo. Corripit eni benigniter prauē agentes/pre terea cōsolat mēstos/ dirigit ignaros/ceteraq; spiritalia (que vocant) misericordie opa diligētius exequitur. ¶ Quarta. Affabilis dolorē afferre vitat nisi maiora inde bona immineant: sc; eorum quos corripit emēdatio. Quēadmodū dñs noster se penumero legit affabiliter corripuisse aposto-
1 los: quibus cōuixit vt fratribus. ¶ Prima questio. Quid affabilitas. ¶ Responso. Est circa huma-
2 natū cōgressiōnū voluptates et tristitias (cū sine dilectione/affectuue fit) laudata mediocritas. Et ita cetera diffinitōes p ordinē interrogāde sunt. ¶ Secūda. Quot sunt exuperationis modi. ¶ Re-
3 sponso. Duo. Primus est solo studio placendi: quo exuperat placidus. Secūsus est ob aliud quicq; vt emolumentū: quo abundat adulator. Et hic secūsus modus primo deterior est. Nam vt quis ei a quo sperat emolumentū/studeat: vix veritati locū vllū reliquit. Quod Plutarchus in Apophtheg-
4 matis ad Traianū de Antiocho rege cōprobat. qui cū in venatione quadā a suis abetrasset: homi- nū quorūdam pauperū caulā incognitus ingressus est. Et cū inter cenandū sermonē de rege in-
5 ruisset: audiuit eū alias bonū esse/ sed flagiciofis amicis obsequentē pleraq; minus attendere. q; q; adeo venationi deditus esset: vt res necessarias plerūq; negligeret. At ipse tunc nichil respōdit: sed cū primū illuxisset/suorū ad eandē caulā aduentu vbi quis esset allata purpura a: q; diademate pa-
6 tuisset: dixit ad suos. Certe a quo die vos accepi: heri primum vera de me verba audiui. ¶ Tertia. Circa que versatur affabilitas. ¶ Responso. Circa humanarū cōgressiōnū voluptates et tristitias. Nam circa eas/ipsius operatio laudatur. ¶ Quarta. Circa quod magis versatur affabilitas: an cir-
7 ca voluptates an tristitias. ¶ Responso. Circa voluptates. Nam virtus magis versatur circa id quod est melius. Atqui humanarum congressionum voluptas melior est et potior q̄ tristitia: que solum ab affabili infertur ob turpe aliquod emendandum: igitur affabilitas magis versatur circa voluptates q̄ tristitias. ¶ Quinta. Quid affabilitati contrarium Responso. Adulatio et cōtentio. Nam sunt circa humanarum cōgressiōnū voluptates ac tristitias superabundantia et defectus: igitur cōtrariantur affabilitati. ¶ Sexta. Cui duorū extremorū magis cōtrariatur affabilitas. Res-
8 sponso. Contentioni. Nam affabilitati dissimilior est: cū nullo modo voluptatē cōuiuētib⁹ afferat sed oibus cōtradocere studeat. Adulatio autē cū affabilitate id habet simile: q; affert delectationē audiētibus. Igitur affabilitas magis cōtrariat cōtentioni. ¶ Septima. Vtrū duorū extremorū dete-
9 rius est. Responso. Contentio. Nam viciū est ipsi medie virtuti dissimilior vt modo pbatū est: igit cōtentio viciū est adulatione deterius. Et hic de simplici malitia fit sermo: nō habita ratione ad ea mala que his vicijs sunt annexa. Nam nichil phiber ppter annexionē plura ex adulatione q̄ cōre-
10 tionem mala enasci. ¶ Octaua. In quo cōuenit affabilitas cū amicitia. Responso. In eo q; sicut affabi- litas ita et amicitia in humanis congressionibus versat. ¶ Nona. Quo modo differt affabilitas ab amicitia. Responso. Eo q; affabilitas est sine dilectione et affectu vnus ad alterū: amicitia autē nō est sine dilectione et affectu. Tunc sane dilectio est et affectus: quando illius in quē habet affectio animi presentia est iocunda/et absentia molesta. Itaq; amicus presentia amici requirit: et eius ab-
11 sentia moleste fert. Affabilis autē eius cui cōiuuit absentia nō dolet neq; tristat. ¶ Decima. Qua- lis est affabilis. Responso. Omnib⁹ vt oportet cōiuuit/honestatis aut vtilitatis gratia id agit. Et ita de ceteris eius pprietatib⁹. ¶ Vndecima. Nōne affabilis interdū affert dolorē. Responso. Affert. Nam cū delectare/dolorē nō afferre/dedecori aut detrimēto sit: dolorē afferre putabit vtilius. Sed cū is cui affabilis cōiuuit/turpe aliquid aut verbo aut facto admittit: tunc illi delectationē af-
12 ferre et nō inferre dolorē est illi dedecori et detrimento. igit tunc ei dolorē afferre putabit vtilius. Affert igit affabilis aliqñ dolorē ei cui cōiuuit. ¶ Duodecima. Cur affabilis magis ad delectandū flectit. Responso. Quia fatius est ad minoris malicie sc; placiditatis latus paululū declinare: q̄ maio-
13 ris vicij vtpote cōtentiois discrimini se exponere. ¶ Decimatertia. Quando affabilis affabiliter agit. Responso. Quādo oportet/et honesta affabiliter agendi pbetur occasio. ¶ Decimaquarta. Vbi affabiliter agit. Responso. Vbi itidē oportet: et honesta affabiliter agēdi offertur oportunias. Et tēpus eni et locū sua prudentia determinat. ¶ Primū preceptū admonet nos in cōgressiōnib⁹ humanis affabilitatē seruare debere. Ob quā cōmendatur Alexander magnus. Cuius (vt narrat Quintus Curtius) cū exercit⁹ asperitate frigoris et gelu pmodū semel deficeret: forte Macedo

Questiones

Plutarchus
Traianus
Antiochus

Preceptū
Alexandri
Quintus
Curtius



gregarius miles/sequi et arma vix sustentans tandē in castra puenerat. Quo viso Alexander quā ipse tunc maxime admoto igne refouebat artus: ex sella sua exiit/ torpentēq; militē et vix cōpotē mētis demptis armis in sua sede iussit considerare. Ille diu nec vbi quiesceret nec a quo esset exceptus: agnouit. Tandē recepto calore vitali vt regiam sedē/ regemq; vidit: territus surgit. Quem intuens Alexander Ecquid intelligis miles iquit quāto meliore sorte quā Perse sub rege viuatis. Illis enī in sella regis cōsedisse capitale foret: tibi salutē fuit. Alio quoq; tēpore (vt idem auctor est) cum exercitus Alexandri penuria aque et siti laboraret: occurerūt Alexandro regi duo milites vtriusque aquā gestantes/ vt filijs suis quos in eodē agmine esse et egre pati sitim nō ignorabāt: eā deferrent. Qui cū in regē incidissent: alter ex his vtre resolutus vas quod simul ferebat impleuit porrigens regi. Accipit rex et percōtatus est quib; aquā portarēt. Quā vbi filijs ferre cognouit: poculo pleno sicut oblatū est reddito nec solus inquit bibere sustineo nec tam exiguū diuidere oibus possum. Vos currite et liberis vestris quod ppter illos attulistis date. ¶ Secundū pceptū monet salutationē libenter alijs esse exhibendā q; ea magnū sit beniuolentie animi ac humanitatis argumentū. ¶ Tertiu dicit intrusionē nemini inferendā: quoniā ea gignit odiū et ad iracundiā prouocat. ¶ Quartū vero incōpositos risus/ effusosq; cachinos esse vitandos: quoniā leuitatis animi prebēt indicium. ¶ Quintum admonet nos ad loquendū tardiusculos: sextū vero ad audiendū p̄p̄siores esse debere. hinc natura duas nobis aures et eas quidem patulas/ vnāq; linguā dentibus et labijs septam cōcessit. ¶ Septimū nō oia sine delectu audienda: sed ea tantū que bona sunt p̄cipit/ a malis autē et turpibus aures esse auertendas. ¶ Octauū detractionē/ obtreccionēq; fugiendā: quoniā ex maliuolentia proficiscit. ¶ Nonū doctores audiēdos monet vt ab eis discamus. ¶ Decimū vero indoctos erudiendos vt a nobis discant. ¶ Undecimū que audiētib; grata sunt et p̄fectū afferunt: dicenda docet. Que vero placent et nō prosunt ad honestatē/ minime dicenda sunt. Nōnunq; etiā que nō placent modo prosunt dicenda sunt. ¶ Duodecimū que placent et prosunt itidem faciēda esse monet. ¶ Decimūtertium Altorū benefacta narranda p̄cipit: quo alij illorū exēplo ad bene agendum incitentur. ¶ Decimūquartū vero p̄pria benefacta silenda p̄cipit ne illorū cōmemoratiōe arrogātie vel iactantie notā cōtrahamus Vt enī vulgo dicit: laus proprio sordescit in ore.

Nature pro uidentia.

Veritas.
III
 Veritas est virtus qua quis qualis ipse sit cū verbis/ tum factis palam ostendit. ¶ Et qui preclara et maiora quā insint mendacio gaudens: gloriā aut lucrū affectans confingit: iactator et arrogās. Et qui que insunt aut negat aut minuit: dissimulatio. Et qui parua aut manifesta dissimulat: delicatus/ et maliciōsus. Qui vero dissimulatione moderata utitur: gratio sus vocatur.


Questiones

- | | | |
|------------------------|----------------------|---------------------------|
| 1 Quid | 7 Vtrum deterius. | 11 An omne verum. |
| 2 Quot arrogātie modi. | 8 Qualis qui nimia | 12 Cur potius ad defectio |
| 3 Circa que. | dissimulatione utit. | nem flectitur. |
| 4 Circa quod magis. | 9 Nōne verax alius | 13 Quādo expedit veritas |
| 5 Quid ei cōtrarium. | quādo falsū dicit. | 14 Et vbi. |
| 6 Cui magis. | 10 An omne. | |

¶ Elementa. ¶ 2. Tres: ob mēdaciū/ ob gloriā/ ob lucrum. ¶ 8. Arrogās. ¶ 9. Et exuperatio et nimia defectio: ad arrogantiam pertinere videntur. ¶ 10. Cum nulli noceat: at profit multū/ grandeue futurū bonū imineat: falsum dicere nōnunq; videbit expedire. ¶ 11. Inhonestas mendacia nunq; expediunt. ¶ 11. Vera illa que alijs dedecus detrimentūue sint allatura: veridicus fugiet. Verax esto. ¶ Nichil de te cōfingito Non te culpato. ¶ Verba vite consonanto Non te collaudato. ¶ Mendacium fugito Non te efferto. ¶ Alterius fame ne incūbito. Non dissimulato. ¶ Dictum/ factumq; honestum esto.

Elementa

Pcepta




Veritas

d Diffinitur veritas esse virtus moralis qua quis palam profitetur/ideest declarat et manifestat et verbis et factis qualis ipse sit. In verbis quidē omne mendaciū execrat verax: neq; ea que nō insunt/verbis inesse cōfingit: neq; ea q̄ insunt negat. hinc in ipso lingua menti respondet/et fidei seruat integritas. Neq; eni aliud habet promptū in ore et aliud clausum in pectore. In factis vero omnē simulationē et dissimulationē refugit: nō cōfingens facto aliquid sibi adesse quod non adest/ neq; negans id ipsum adesse quod adest. Et in eo facta verbis respondēt atq; cōueniūt: vt quod verbis dicat etiā ope exhibeat/ exēplo domini nostri (qui clarissimū est veritatis sicut et omnium virtutum exemplar atq; speculū) qui cepit primū facere et deinde docere. Porro huiusmodi verborū ad animū et factorū ad verba cōsonantia: in veritate fit secundū prudentie circūstantias et a morali virtute p̄ficiēti. Quare si intēperans verbis turpibus suā narret intēperantiā/ aut fur sua furta/ ralemq; se verbis p̄dat qualis est facto: nō est dicendus verax/ nā nō p̄ virtutem moralem sed p̄ intēperantiā aut furti habitū id facit: cū secundū Aristotelē qualis est vnusquisq; talia dicat et operet. ¶ Deinde posita arrogantis diffinitio tres arrogantie modos exprimit. Primus est cū quis cōfingit maiora q̄ insunt quia gaudet mēdacio/ et gestit siquādo potest alios in suorum mendaciorū credulitatē inducere. vt si quis confingat sibi generis nobilitatē aut ingentes diuitias adesse: vt audiētes reddat suis dictis credulos et inde voluptatē capiat. Secundus. cū quis cōfingit p̄clara et maiora q̄ insunt: quia affectat gloriā humanā. Vt simulat sibi adesse scientiā vt doct⁹ habeatur et dicat ab alijs: aut virtutē vt honoret a populo. Tertius. cū quis cōfingit preclara et maiora q̄ insunt ob lucrū cōsequendum. Quales ponit Aristoteles esse vates et qui futura se prenūciare aut absconditos cognoscere thesauros iactitāt. Insuper medicos qui oēs vrbes circūuaganē medicinā sibi quā nō norunt arrogātes: quo pecuniā aucupent. Postremo sophistas qui scientiā omnē se calere et tradituros profitent: vt diuitias ea ratione sibi cōparēt. Quales describit Plato Protagorā/ Euthidemū/ Dionysodorū et ceteros: quos ostendit earū quas p̄fiterent artū profus ignaros. Dissimulator autē est qui ea que sibi insunt/ adesse negat: aut minus adesse dicit q̄ insunt. Vt si quis rogatus dare cōsiliū aut scientiā alteri cōicare dicat se (reclamāte tamē animo) et cōsiliij inopem esse et ignarū. Delicatus et maliciosus est qui parua et que sunt oibus manifesta dissimulat: plerūq; ob quandā vanitatē et vt modestus videatur. Gratiosus autē est qui moderata dissimulatione vitur ad declinandā arrogantiam/ seruandāq; modestiā vt Socrates qui fatebatur se nichil scire. ¶ Prima questio. Quid veritas. Responsio. Est virtus moralis qua quis qualis ipse sit cum verbis tum factis palā profiteat. Et ita de ceteris diffinitionibus. ¶ Secunda. Quot arrogantie modi. Respōsio. Tres. Primus ob mendaciū. Secundus ob gloriā. Tertius ob lucrū: qui modo declarati sunt. ¶ Tertia. Circa que versatur veritas. Respōsio. Circa hominū dicta aut facta. Nam circa ea/ veritatis opatio laudat: vt ostēdit eius diffinitio. ¶ Quarta. Circa quod illorū duorū magis versat veritas. Rōsio. Circa hominū facta. Nam virtus magis versat circa id quod difficilius est et melius. Atqui difficilius est se factis q̄ verbis talē exhibere qualis ipse sit. hoc itidē est melius. Nam facta sine verbis profunt exemplo et ad virtutē efficacis sunt incitāmēta. Verba autē sine factis minime. igitur veritas magis versat circa hominū facta q̄ dicta. ¶ Quinta. Quid veritati cōtrariū. Responsio. Arrogātia et dissimulatio. Nam sunt circa hominū dicta et facta sup̄abundantia et defectus. ¶ Sexta. Cui ditorū extremorū magis cōtrariat veritas. Respōsio. Arrogātie. Nam veritati medie virtuti dissimilior est: iactantiā et ostētatōnē sui cōiunctā habēs/ quā (vt dissimulator) abhorret verax. ¶ Septima. Vtrū duorū veritatis extremorū deterius est. Respōsio. Arrogātia. Nam magis opponit veritati q̄ dissimulatio: vt modo ostensum est. ¶ Octaua. Qualis est qui nimia dissimulatione vitur. Responsio. Est arrogans. Nam circa hominū dicta et facta exuperatio et nimia defectio: ad arrogantiam p̄tinere videt. Sed qui nimia dissimulatiōe vit: ad nimiam defectionē labit/ simulationēq; habet nimie dissimulationi cōiunctā. Est igit talis arrogās. Et huiusmodi sunt qui opinionē sanctitatis et religionis de se haberi volunt: hinc oia simulāt et dissimulāt/ grecoq; noie hypocrite dicunt: quos dñs noster dicit recepisse mercedem suā/ eosq; durissime reprehēdit. Et sane cum ois simulatio ac dissimulatio fugienda est: tum ea que circa cultū diuinū cōsistit/ ceteris omibus longe grauior. Ob quā legū Ananias et Saphyra vxor eius repentina morte interiisse: q; partem precij agri venditi apostollis ferētes et partē clāculū seruātes: deo mēti sunt. ¶ Nona. Nōne verax aliqui dicit falsū. Responsio. Dicit. Nam cū nulli noceat/ prositq; multū/ grandeq; futurū bonū imineat: falsum dicere nō nunq̄ videbit expediens. At interdū dicere falsū nulli nocet et prodest multū/ et grande ex illo futurū bonū iminet: vt liberatio innocentis a morte. igit veraci expedit interdū dicere falsum.

Protagoras
Euthidem⁹
Dionysodo-
rus.

Socrates
Questiones

Ananias
Saphyra



Cōmendant̄ enī obstetrices Egyptiorū q̄ pueros hebreorū uiuos seruauerint contra crudelissimi regis edictū/cui causabant̄ falso mulieres hebreas peperisse anteq̄ aduentarent: et idcirco gratiā a domino obtinuisse legunt. Cōmendat̄ et Raab q̄ exploratores missos a Iosue ad urbē Hiericō saluauerit/occultaueritq̄: dicēs regi illos ad supplicium poscētī q̄ abierāt. Si enī factō licet nō nunq̄ aliquid fingere: vt Dauid simulauit infantā quo inimicorū manus euaderet. Et merito cōmendant̄ ille cōiuges que carcere detentos viros visitātes cōmutatis vestibibus in carcere pmāserūt: et viros suos habitu muliebri amicos abire pmiserunt. Cur id verbo fieri nō poterit? Neq̄ talis falsi enun-
 10 ciatio dicēda est mendaciū. Nam mendaciū importat annexā malitiā sc̄z fraudulentā deceptionē ad alterius detrimentū: sicut fornicatio et adulteriū. Licet enī omne mendaciū sit falsum dictū: nō tamē contra omne falsum est mendaciū: vt hec enūciatio homo est lapis. ¶ Decima. An verax dicit omne falsum. Respōsio. Non. Nam inhonesta mēdacia nunq̄ expediunt. At aliquod falsum est inhonestū mēdaciū: igit̄ aliquod falsū nunq̄ expedit: quare illud nō dicit verax/igit̄ nec oē falsum.
 11 ¶ Undecima. An verax dicit omne verū. Respōsio. Non. quia vera illa q̄ aliis dedecus/detrimentumuel sint allatura veridicus effugiet/vt nō deteget occultū alterius crimen: igit̄ nō omne verū dicere ad veracem spectat. ¶ Duodecima. Cur verax potius ad defectionē vt graciositatē flectitur. Respōsio. quia satius est ad minoris malitiē sc̄z graciositatis dissimulationisq̄ lat⁹ paululū declinare: q̄ maioris vicij vtpote arrogātie piculo se exponere. ¶ Decimatertia. Quādo expedit veritas.
 13 Respōsio. quādo oportet et honesta veritatis prebetur occasio. ¶ Decimaquarta. Vbi expedit veritas. Respōsio. Vbi oportet et honesta quoq̄ veritatis prestatur occasio. ¶ Primum preceptum
 14 ipsam veritatem respicit: quam vt integre seruemus/secundū monet vt in nobis verba vite consonent. Patui enim ponderis sunt verba etiā ad virtutem exhortantia: vbi a vita dicentis discrepare cognoscuntur. ¶ Tertium precipit mendacium esse fugiendū: quoniā minime cū virtute cōuenit. ¶ Quartū monet alterius fame nō esse incūbēdū/id est egregiū alterius factū sibi ipsi nō esse ascribendū: quo decus et gloriā alteri debitā quispiā sibi vendicet. Nam vt dicit Iuuenalis: miserum est
 Iuuenalis. aliene incūbere fame. ¶ Quintū vero docet nichil de nobis esse cōfingendū: quoniā hoc ad ostentationē/aliudue malū vergere solet: et tandē in illius qui cōfingit exiciū redire. Vt narrat Iosephus
 Iosephus Alexander. Herodes de quodā iudeo qui se ob forme similitudinē Alexandrū primi Herodis fillū mentiebat̄: tam dudum a patre interfectū: sed militū quib⁹ id mādātū fuerat beniuolētia se euasisse cōfingebat: suaq̄ specie Iudeos decepit. Nam ab eis multis muneribus tanq̄ rex donatus/honorificeq̄ p̄ oēs vrbes susceptus tandē Romā venit ad cesarē. Qui forme differentiā discernēs fraudē deprehendit/et eū qui id suaferat interfici: falsum autē Alexandrū et qui se talē emētus fuerat/remigū numero inseri iussit. ¶ Sextū et septimū neminē se collaudare debere aut efferre p̄cipit: quoniā id arrogātie indicium est. ¶ Octauū dissimulationem/nonum vero sui culpationem vituperationemq̄ apud alios prohibet: nam hec ad ianis gloriē vanitatem tendit. Hinc Aristoteles dicere solitus erat (auctore
 Aristoteles Valerio) hominem in neutram partem de semetipso loqui debere. Quoniam laudare se (inquit) vani: vituperare vero stulti est. ¶ Decimum docet silentio supprimendum esse verum quod nocuum dicenti aut alijs afferret: vt non diuulganda esse aliorum crimina ¶ Undecimum: ipsius veritatis officium integre exprimit/ sc̄z q̄ et dicta et facta omnia sint honesta.

Comitas est in ioco et dicendo et audiendo que oportet: laudabilis mediocritas. Comis/vrbanus/dexter/festiuus/eutrapelus. ¶ Qui in ridiculis exuperat: scurra cachino et importunus est. ¶ Qui vero neq̄ facetus quicq̄ facit/neq̄ aliorū salis quicq̄ admittit: rusticus/agrestis/et durus nominatur.


Comitas
III

Questiones.

- | | | | |
|---|----------------------|----|--|
| 1 | Quid | 7 | Vtrum deterius dolore afficere intendit. |
| 2 | Quot in ludo seruāda | 8 | Nōne potius oblectare |
| 3 | Circa que | 9 | Nūquid oibus facetiis vtetur. |
| 4 | Circa quod magis | 10 | Quando comiter agit. |
| 5 | Quid ei cōtrarium | 11 | Et vbi. |
| 6 | Cui magis | 12 | |
| | | 13 | |
| | | 14 | |

Questiones

d i



Comitas.

Elementa

Elementa. ¶ 2. Nouem. quantū / gratia cuius / quale / quis / quo / in quo / quā do / vbi / quomodo. ¶ Quot recta ratio iubet: in vnaquaq; virtute obseruare oportet. ¶ 8. Finem in ioco iociue delectatione non cōstituit comis. ¶ Comi turpium factorū et obscenitatis verborum / omnis licentia abest. ¶ Quibus oportet personis / tempori et loco: iocos / salesq; digne accōmodat. ¶ 9. Ludorum honestatem seruans: vrbane iocos / salesq; personis tempori et loco accōmodans. ¶ 10. Id nō intendit comis: quod comitatis finem impedit. Finis comitatis / recreatio / relaxatio / quiesq; quedam est. ¶ 11. Id comem intēdere per spicuum est: ad quod recta ratione iocus ordinatur. ¶ 12. Facetijs quas leges vetant non vtetur eutrapelus.

Dexter / comisq; viuīto

modato.

Scurras

Fessus recreator

Omnis obscenitas abesto

Cachinones

Locus castus esto

Choreas / aleasq; fugito

Scōmataq;

Esto commodus

Turpes facetias vitato

damnato.

personis / loco / tēpori accō=

Histriones

Ad quid co
mitas ordi
nātur.


¶ Cum non possit homo esse in continua opera et assidue virtutum officijs incūbere / q; tandem eius vires defatigantur: necessaria est animi defatigati relaxatio / virtutumq; fessarū reparatio ad opes rationes honestas post intermissionem operis expeditius peragēdas. Quēadmodum in natura nō vigilia modo sed et somnus ordinatus est: et arcum remittit sagittarius vt deinde eum melius tenere possit. Omnis etenim laboris cōdimentum est alterna requies. Hinc Ouidius laborem omnē quiete interpolandum esse admonet hoc carmine.

Quod caret alterna requie: durabile non est
Hec reparat vires fessaq; membra leuat

Ideo ponit: comitas moralis virtus: que recreationes et iocos p animi relaxatiōe factos moderet. Per quā quidē virtutē quis in iocosis rebus neq; abundat neq; deficit / sed mediocritatē secundum prudentie determinationē seruat: omnīū pariter circūstātiarū rationē habēdo. Dicit enī comis que oportet / quantum / gratia cuius / quando et vbi. Similiter et eadem audit. Et alijs nomibus comis dicit vrbanus / dexter / festiuus et eutrapelus: quēadmodum comitas appellatur etiam vrbantitas / dexteritas / festiuitas et eutrapelia. ¶ Ceterum ipsi comi opponitur scurra / et rusticus. Scurra est qui in ridiculis et ioco dicendo audiendq; exuperat. Qualis est qui de omnibus siue iocosis siue serijs risum mouet: non habita ratione rei neq; persone / nec loci nec tēporis. Quinimo et de sacris litteris interdū exhibet risum et eas ad suā scurrilitatem applicat. quod sane tāto grauius est malū quanto ipse sacratiores sunt et sanctiores / et quanto maiori veneratione ab hominibus obseruari debent: sacris solum rebus accōmodande. Et is ab assiduitate mouendi cachinos etiā cachinonis habet nomē. Rusticus autem est qui neq; facetus quicq; facit: neq; aliorum salis atq; facete quicq; admittit. Et is circa iocum dicendo deficit: quia nunq; aliquid iocosum (vbi etiam tempus et res expostulat) profert. Deficit etiam audiendo: quia aliorum iocos audiens moleste fert / et eos vt ridiculos detestatur. Et dicit alio nomine agrestis siue durus a duro et agresti animo nichil loquadi mittente. ¶ Prima questio. Quid comitas. Respondetur diffinitio ante data. ¶ Secunda. Quot in ludo seruanda sunt. ¶ Responso. Nouem: scilicet quantum / gratia cuius / quale / quis / quo / in quo / quādo / vbi / et quomodo. Nam quot recta ratio iubet: in vnaquaq; virtute obseruare oportet. Sed recta ratio iubet predicta nouem que prudentie sunt circūstantie / esse seruanda. Igitur ipsa nouem in omni virtute / quare et in comitate obseruare oportet: igitur in ludo qui per comitatem dirigitur ista nouem sunt seruāda. Vnde comis publicos ludos et spectacula curabit interdū exhibenda populo: ad virtutē vt fortitudinē / tēperantiam / aut liberalitatē inducētia. habet enī virtus ois suos ludos qui olim instituti fuere ad mores spectatorū formādos. Sed nūc oia i deteri⁹ lapsa sunt et loco callū ludorū exhibent ludi intēperatiē / aut detractiōis qui vicijis sūt ānexi. ¶ Tertia. ¶ Circa quersā comitas. Rñsio. Circa locū dicēdo et audiēdo. nā circa ip; comitatis opatio laudat.

Questiones

Quales
dos ex
comi



- 4 ¶ Quarta. Circa quod magis versatur: an circa iocum dicendo an audiendo. Responso. Circa iocum dicendo. Nam comitas magis versatur circa illud quod difficilius est et melius. Atqui difficilius est seruare mediocritatem circa iocum dicendo q̄ audiendo: cum sit difficilius recte dicere q̄ recte audire. Illud etiam melius est. Nam qui iocum dicit: aliorum mores format et agit. Qui vero audit: ab altero vite institutionem recipit et est vt patiens. Quocirca magis comes dicuntur qui iocū vt oportet dicūt q̄ qui audiunt: quare consequit̄ comitatē magis versari circa iocū dicendo q̄ audiēdo.
- 5 ¶ Quinta. Quid comitati cōtrariū. Responso. Scurrilitas et rusticitas. Sunt enī circa iocū dicendo et audiēdo supabundātia et defectus.
- 6 ¶ Sexta. Cui dīctorū extremorū magis cōtrariā comitas. Responso. Rusticitas. Nam dissimilior est medie virtuti: q̄ omnē recreationē auerſetur.
- 7 Scurra autē eo ipso/ comi similis est: q̄ recreare cōtendit.
- 8 ¶ Septima. Vtrū duorū comitatis extremorū deterius est. Responso. Rusticitas. Nam ipsi comitati magis opponit̄: vt modo ostensum est.
- 9 ¶ Octaua. Quo differt comis iocus a scurre cachinonīs; ioco. Responso. Primo. nā finē in ioco/iocue delectatione nō cōstituit comis: sed in meliori secundū virtutē opatione cū animus p̄ comitatē respirauerit. Scurra vero finē in delectatione ioci cōstituit. Non enī intendit quicq̄ nisi delectationē afferre: sed neq; oibus affert/nō enī viris probis: qui nō capiuntur voluptate dīctorū aut factorū scurriliū. Et idcirco corā seueris et grauib; viris nō audēt suos iocos dicere scurre quēadmodū Romani presente Cathone viro tetrico et magne grauitatis nō audebāt exhibere Florall; ludesc; theatrales lasciuos. Secūdo. Nam comi turpiū factorū et obscenitatis verborū ois licētia abest. Scurra vero et turpia facta et obscena verba frequentius affert. Tertio. Quia comis quibus oportet p̄sonis/ tempori et loco: iocos/salesq; digne accōmodat. Scurra vero neq; p̄sonarū neq; tēporis neq; loci rationē habet: quia ei deest prudētia illorū moderatrix
- 10 ¶ Nona. Qualis est comis. Responso. est ludorū honestatē seruās: vrbane iocos/salesq; p̄sonis tēpori et loco accōmodās: vt p̄cedentis questionis solutio satis/supq; ostendit.
- 11 ¶ Decima. Nunquid comis audientes dolore afficere intendit. Responso. Non. Nam id nō intendit comis: quod comitatis finē impedit. Atqui afficere audiētes dolore/comitatis finē impedit. Finis enim comitatis: recreatio/relaxatio/ quiesq; quedā est. Non igitur intendit comis audientes dolore afficere.
- 12 ¶ Vndecima. Nonne comis potius audientes oblectare intendit. Responso. Intendit. Nam id comem intendere p̄spicuum est: ad quod recta ratione iocus ordinatur. Sed recta ratione iocus ordinat̄ ad oblectationē et respiratio nem animi: igitur comis intendit potius oblectare audiētes.
- 13 ¶ Duodecima. Nunquid facetus oibus facetijs indifferenter vtetur. Responso. Non. Nam facetijs quas leges vetant non vtetur Eutrapelus. Cōstat autē leges/aliquas facetias vetare sc; turpes et que in alterius sunt infamiam: igitur non oibus facetijs vtetur comis.
- 14 ¶ Decimatertia. Quādo comis agit comiter. Responso. quādo oportet et honesta comiter agendi prebetur occasio.
- 15 ¶ Decimaquarta. Vbi comis agit comiter. Responso. Vbi oportet/et honesta comiter agendi prebetur occasio. Nam vt in octaue questionis discussione dictum est: cui oportet tēpori et loco iocos/salesq; accōmodat
- ¶ Primum preceptum dexteritatē/comitatemq; in humana vita (que defatigabilis est) seruandā monet/ non qua euanescat virtus sed qua rectetur: vt tēpestiua laboris intermissione animus ad laborandum fiat vegetior.
- ¶ Secūdū precipit nos fessos moderate recreari debere: exemplo Scipionis et Lelij virorū insigniū quos (vt Valerius auctor est) ad animi remissionē vagas litroribus conchulas et calculos constat lectitalse. Quin et Sceuola interdū p̄lla luisse tradit. Ad hoc enī diuerticulū/animū suū forensibus ministerijs defatigatū trāsserre solebat.
- ¶ Tertiu preceptū monet iocum castū esse debere et non lasciuū: quartū eundē cōmodū esse et vtilem. Quintū: ipsum personis et tēpori et loco esse accōmodandū nō p̄termittis ceteris circumstantijs. Sextū omnē obscenitatem et dīctorū et verborum a ioco esse semouendam: alioquin non esset castus. Septimū choreas et alcas vitandas admonet: quoniā he ludorum illiberalium sunt instrumēta: ille vero intēperantle et libidinis sunt fomenta. Octauum turpes facetias fugiendas docet. Nam cum eis virtus habere cōmercium non potest. Nonum histriones et mimos qui scenicos gestus agunt damnādos precipit. Decimū scurras/atq; ridiculos. Vndecimum Cachinones leue hominū genus: de quolibet cachinnos mouere assuetos euitandos monet. Duodecimum vero scōmata dictaq; leuia cum ioco nō nichil irrisionis habentia dānanda docet. Nam solent ea cōcitare animos hominū ad indignationē: et interdū ad vltionē. Nepe vt, Valerius auctor est Scipio Nasica cū edilitatē adolescēs peteret: manūq; cuiusdā rustico ope duratā apphēdit: loci grā interrogauit. Nunqd manib; solitus esset ambulare. Quod dīctū causā repulse ei attulit. Oēs nāq; rustice tribus/paupertatē sibi ab eo exprobratā iudicantes: iram aduersus cōtumeliosam eius vrbanitatem cōceperūt/effeceruntq; vt repulsam passus fuerit.

Romanī.
Catho.

Scipio
Lelius.
Valerius
Sceuola.

Vale. 19.
Scipio.
Nasica

Iustitia


Antigonus **Eutrepion.**
Theocritus **Iustitia.**
V

¶ Et cū ad Antigonū regem Macedonū ptraheretur vnus militū ei⁹ afficiendus supplicio: admo-
nuerūt socij eū bono animo esse debere. Fore eni vt gratiā cōsequeretur cū ante oculos Antigoni
pueniret. At ille. Actum inquit de me est: si tum primū veniā cōsequar cū ante ipsius oculos puene-
ro: regi perlocum obiectās q; vnū tantū oculū haberet. Id vbi rescuit Antigonus / fra percitus eū
interfici iussit. Alio quoq; tēpore cum idem Antigonus inagistrū coquorū Eutrepionē in centuria
quadā cōstitutū vt rationē redderet / acciperetq; ad se venire iussisset: animaduertens Theocritus
(qui vnus ex familiaribus Antigoni fuit) illū sepius ire atq; redire ad Antigonū: nō nichil mali ex
illo sibi futurū suspicans / dixit Eutrepioni. Scio (inquit) q; Cyclopi me crudū appones. Quo dicto
regi quidē cecitatē q; altero careret oculo: Eutrepioni vero coquinarīā obiectauit artē. Cui Eutre-
pion. Capite igit carebis inquit: et hulus dīcācitatis insanieq; penas lues. Dehinc dicta renuncia-
uit ad regem. At ille milites qui Theocritum interficerent / statim misit.

Iustitia est virtus qua hoies iustorū sunt opatiui: et qua iusta volūt /
ac faciūt. Iusta sunt ad alterū facta officia. Habitus vero quo quis
resvult iniustas / iniuriasq; agit: iniustitia est. **¶** Iustitiarū hec legitima
est qua quis leges condit / conditas discernit: cōdita autē et decreta exequi cu-
rat: et qua eius studiū in beatā vitā et cōmune bonū dirigit. et hec iustitia tota
diciē. Hec vero equitas: qua quis neq; plus neq; minus aut accipit aut tribuit:
sed vt vnusquisq; dignus sit ac mereat. et hec iustitia que pars est nominatur.
Quapropter et iniustus est qui a sancta legū gubernatione deuius: publicos
mores prauos iducit / aut eius indulgētia (cū ad ipsum eorū correctio spectat)
pullulare sinit. Et iniquus: qui plus / minusue accipit aut tribuit q̄ oporteat ac
dignū sit. **¶** Equitatū quedam est cōmuniū distributiuā: qua ex cōmunibus
bonis vniciq; vt dignus sit ac mereat: distribuit. Illa vero cōmerciorū cōmu-
tatiua / que est eorū que ab vno in alterū cōmutant: equitas. Cōmerciorū que
dam sponte faciunt hoies: que vtraq; partiū volente fiunt. Et sunt vēditio / em-
ptio / mutuatio / vadimonium / locatio / depositio / mercede cōductio. quedā vero
sunt que inuitis fiunt: que nō vtraq; partiū volente fiunt. Et hec aut clandesti-
na sunt: que altero nesciēte cōmittunt. et sunt furtū / adulteriū / veneficiū / leno-
ciniū / seruorū seductio / cedes cum dolo / falsum testimoniū. aut violenta sunt:
cum alteri violentia irrogatur. et sunt verberatio / vincula / mors / rapine / mēbro-
rum captio / cōuiciū / cōtumelia. Cōparatio rationū geometrica est duarū ad in-
uicem rationū pportionūq; equalitas. Que quidem pportiones si terminorū
aliquo cōmunicant: continua. sin vero nullo: cōparatio rationū disiuncta voca-
tur. pportiones que eiusdem sunt denominationis: equales dicimus. Com-
paratio rationū arithmetica est cum differentie pportionū sunt equales.

Iustitia diffinitur esse virtus moralis qua hoies apti sunt et habiles ad operādam iusta /
hoc est officia virtutū ad alterū: vt ad neminem ledēdum / ad vniciq; quod suū est tri-
buendum / ad non faciendum id alteri quod quis sibi ipse non vellet fieri. Est etiam vir-
tus qua homines iusta / hoc est iustitie officia volunt quantum ad animum / et faciunt quantum ad
opus exterius. Nam perfecta iustitia non est: vbi hec duo voluntas et opus cōiuncta non sunt. Nē-
pe si sola assit sine opere voluntas / imperfecta est et incōsummata iustitia: vt cuius officia ad alterū
sint. Si vero opus sine voluntate: ne iustitia quidem est / quando quidem recta ei operationi deest
intentio quod est precipuum bone actionis fundamentum. Iusta autem hoc in loco dicuntur iusti-
tie officia ad alterum facta: siue superiorum ad inferiores / vt subditorum directio et ad bonū mo-
deratio / siue equalium ad equales vt mutua dilectio / et beneficiorum cōmunicatio: siue inferiorū
ad superiores vt obedientia et subiectio / atq; veneratio. Iniustitia autem deinde diffinitur esse ha-
bitus quo quis res vult iniustas / id est turpes ad alterum operationes / iniuriasq; agit: hoc est /

sponte alteri preter rationē no cumentū Infert preter eius qui leditur voluntatē. Vt et in voluntate et opere extrinseco pariter sit prauitas: vtriq; rectitudini iustitie opposita. Deinde diuidit iustitia iustitiā legitimā et equitatē. Iustitia legitima est superiorum auctoritatē habentiū ad inferiores atq; subditos. Explicanturq; in eius diffinitione quattuor ipsius officia. Prīmū est sanctas et rectas leges condere atq; constituere. Secundum conditas leges decernere atq; definire. Tertium: ipsas leges conditas atq; decretas exequi curare. Nichil eni profunt condite et decretae leges: nisi legislator curet eas ad opus acōmodari atq; obseruari. Quartum: totū studiū atq; operam in beatā subditorum vitā et cōmune bonū dirigere. Et hoc officiū generale est ad cetera/optimūq; ipsius iustit legitimi conatum insinuat: qui nō propriū sed publicū bonū sc; suorum subditorū bonā/beatamq; vitam intēdit/et oia media ad hunc suū finē refert. hec autē iustitia tota dicit: quia omnes ambit/ cōplectiturq; virtutes. Nempe circa omniū virtutū materias quod honestū est precipit et turpe p; hiber. Et hec adeo preclara est: quēadmodū Aristoteles ex Euripide testimoniū affert: vt neq; lusifer neq; hesperus tanto splēdore refulgeat. Immo vero virtutū omniū p;clarissima est: cuius operatio/ felicitas actiua (vt sequētia ostendent) merito censetur. Equitas autē est virtus moralis qua quis neq; plus neq; minus aut accipit aut tribuit q̄ oportet: sed vt vnusquisq; dignus sit ac mereat. Et hec dicit iustitia que pars est siue iustitia particularis: q; peculiare ac p;priū habeat circa quod versatur obiectū/ ab aliarū virtutū obiectis distinctū: et ipsius iustitie legitime pars quedā. Et hec virtus est moralis a ceteris distincta: et vndecimū inter eas locū sortita. Cōsimiliter duplex est iniustitia sc; illegitima/ iustitie legitime opposita: et iniustas/ iustitie que equitas est cōtraria. Iniustitia illegitima est qua quis magistratu et dignitate fungens/ a sancta legū gubernatione deuius/ publicos mores prauos inducit: aut ipsos sua indulgētia (cū ad ipm eorū correctio spectat) pullulare sinnt. Quo modo iusti fuerūt Nero/ Domitianus et ceteri principes tyrānidē exercētes. Et hec tota etiā iniustitia dici potest/ q; suo ambitu vicia oia cōtineat/ et circa omniū materias a rectitudine ex orbiteat. Iniquitas vero est qua quis plus minusue accipit aut tribuit: q̄ oporteat ac dignum sit. Et hec/ iniustitia que pars est siue iniustitia particularis recte dicitur: q; a ceteris vicijs ob materie/ obiectiq; diuersitatē discrimen habeat: sitq; ipsius iustitie illegitime particula quedā. Et ea ipsa est que iustitie/ vndecime virtuti morali oppositionis habitudine respōdet. Deinceps iustitia particularis siue equitas diducit in equitatē cōmuniū distributiua et cōmerciorū cōmutatiua. Equitas cōmuniū distributiua est qua ex cōmunibus bonis vniciq; vt dignus sit ac mereat distribuif. Vt ex bonis ecclesiasticis pro meritorū diuersitate his qui ecclesiasticā sortem sequunt. Et ex bonis ciuilib; stidē secundū meritorū rationē his qui res ciuiles agunt: id vnū potissimū obseruando vt dignitatē meriti respōdeat dignitas p;rij. Et quia sub affirmatione negatio/ et sub vno oppositorū alterum debet intelligi: sub cōibus bonis cōprehēdunt et publica mala vt pene et supplicia que hac virtute distribuunt pro delictorū qualitate. Qui eni graui; deliquerit: maiore afficit supplicio. et qui minus/ leuiore: debitā pene ad delictū p;portionē attendendo. Et hec est superiorū/ auctoritatē bona et mala subditis distribuendi habentiū/ ad inferiores. Equitas cōmerciorū cōmutatiua est eorū que ab vno in alterū cōmutant equitas. Et hec seruatur in recta venditione emptione & ceteris cōtractibus qui ad humanā indigentia leuandā fiunt. Verum vt hec clariora fiant subiungitur in littera cōmerciorū partitio q; qdā sunt q; sponte faciūt hoies: ille sc; que vtraq; partiū sc; dante et recipiente volēte fiunt/ vt veditio et emptio fiūt cōsentiente vtraq; huius cōmutationis parte sc; vendēte & emēte. Et huiuscemōi spōtaneorū cōmerciorū nūerant septē spēs sc; veditio/ emptio mutuatio/ idē p;priatū rerū vsus alteri facta pmissio/ vadimonium hoc ē vadis p; rei mutuatōe apud mutuantē designatio/ locatio q; est p;rie rei ob pactū p;ciū ad alterū vsū facta trāslatio. Depositio: q; est p;rio rei in alteri; custodiā cōmissio. Mercede conductio: q; est aliene ope ob pactā mercedē in vsū p;riū vsurpatio. Quedā vero sunt cōmercia q; iuitis fiūt/ q; sc; nō vtraq; partiū inter quas huiusmodi fiūt cōmercia volēte: sed altera aut ignorāte aut violente coacta/ fiūt. Vt hic iuitis ea fieri dicant: q; aut ignorātib; aut coactis fiunt/ et opponantur his que fiunt alijs: ea ipsa sponte hoc est sciēter et sine coactione pmittētib; . Et hec cōmercia rursus diuidunt. Nam quedam sunt clandestina: que sc; altero duorum quos respicit id cōmercium nesciente cōmittunt. Et sunt hec septem: furtum/ id est rei aliene occulta ablatio: adulterium/ id est alicui thori violatio: veneficium/ id est veneni in alteri; exicium mixtio. lenocinium/ id est alterius ad turpia intemperātie flagicia incitatio atq; suggestio: seruorum seductio/ que est seruorū alicuius a proprio domino occulta/ fraudulentaq; subtractio. Crdes cū dolo/ id est alicui; dolosa occisio. Fallū testimoniū/ id est falsa in alteri; p;niciē testificatio. Alia vero sunt violenta que vtraq; partiū sciente quidem: sed altera per violentiā coacta fiunt. Vt

Aristoteles
Euripedes.Nero
Domitianus

Iustitia

hec septē: verberatio / id est verberū infliccio. Vincula / id est in carcerem et cathenas cōiectio. Mors / id est mortis irrogatio. Rapina / id est violēta bonorū alterius p̄sentis quidē sed nō valētis resistere direptio. Mēbrorū captio / et est mēbrorū corporis obrūcatio: vt manus aut pedū. Cōuiciū / id est iūria verbis et dictis alteri irrogata. Cōtumelia / id est iūria factis alteri illata. ¶ At vero quia iustitia distributua et cōmutatiua fiunt secundū aliquā p̄portionū cōparationē: opepreciū est dinosce re quid cōparatio rationū dicat̄ et quotuplex ipsa sit. Quod ex Arithmetica p̄cipue requirendum est: sine cuius p̄sidio hic locus sane intelligi haud facile potest. Siquidē cōparatio rationū est duarū adinuicē p̄portionū in aliqua similitudine collatio: siue in similitudine denoiationis vt 12 6 / 8 4: quarū vtraq; est dupla. siue in similitudine differentiarū: vt 12 10 / 6 4. Nam vtriusq; datarū p̄portionū differentia est binarius. Et quod hic cōparatio rationū dicat̄: in Arithmetis vocat̄ p̄portionalitas. Rationē autē et p̄portionē hic idē esse censemus. Est enī ratio siue proportio qua de hic agimus: numeri ad numerū cōparatio. Cui⁹ species ex Arithmetica supponēde sunt. Que si ignorētur: totus hic de iustitia locus obscurus est et nūerorū ignaris minime peruius. Itaq; cōparatio ratio

Quid cōparatio rōnū.

Quid cōparatio rōnū geometrica

Continua
8 4 2

Disiuncta
8 4 2

Cōparatio rōnū Arithmetica.

Continua
8 6 4


Disiuncta
12 10 4

Questiones

- 1 Quid
- 2 Quot equitatū species
- 3 An duorū viciorū sit mediocritas.
- 4 Circa que iustitia legitima
- 5 Nōne virtutū p̄clarissima.
- 6 Circa q̄ cōium distributia.
- 7 Circa que cōmerciorum cōmutatiua.
- 8 Est ne cōmuniū distribu-

Questiones.

- 9 tiua secundū aliquā ratio
- 10 nū cōparationem.
- 11 Nōne scdm̄ geometricā
- 12 Nōne cōmerciorū cōmutatiua secundū rationū cōparationē arithmeticā attendenda est.
- 13 Est ne cōmutabilium vna cōmunis mensura
- 14 Que vera
- 15 per quales iurias dicat̄ quis iniustus.
- 16 Nōne iuris actio inter iustitie extrema mediat.
- 17 An qui iniuriā patitur: iccirco dicendus sit iniustus
- 18 Quando iuste agit
- 19 Et vbi



¶ 2. Due: cōmuniū distributiua et cōmerciorū cōmutatiua. **¶ 3.** Iustitia est Elementa inter iniustū facere et iniuriā pati. Iniuriā autē pati nō malum sed pena est. nō enī volūtariū neq; vituperabile est. **¶ 4.** Circa ea q̄ rite leges statuūt et vetāt. **¶ 5.** preclarior virtus ad se et ad alterū est ea q̄ ad se solū/et ad cōmune bonū et vite sufficiētiā: q̄ q̄ ad particulare. **¶ 6.** Circa distributiōes bonorū et malorū. **¶ 7.** Circa cōmutationes bonorū. **¶ 8.** Vbi premiū ad premiū aut pena ad penā sicut meritū ad meritū aut delictū ad delictū: aliqua rationū comparatio est. **¶ 9.** Iustitia cōmuniū distributiua fit secūdū equalitatē duarū adinui cem proportionū. **¶ 10.** Cōparatio rationū arithmetica tūc est quādo est proportionū differentiarū equalitas. In iustitia cōmerciorū cōmutatiua attendit equalitas: secundum differentiarū pportionū equalitatē. **¶ 11.** Omnia numo mēsuramus. **¶ 12.** Indigentia humana. **¶** Ea est vera cōmutabiliū mēsurā: secundū cuius exigentiā homines cōmutāt et qua existēte fit cōmutatio/ qua vero nō existēte nō fit. Si enī homines nullo egerēt: neq; inter eos vlla quidē rerum cōmutatio fieret. **¶ 13.** Per operatiōes iniustitiē habitum sequentes. Nam iniustitia habitus est quo quis res vult iniustas/iniuriasq; agit. **¶ 14.** Iustitiē actio est inter plus et minus. **¶ 15.** Qui iniuriā patitur non iccirco res vult iniustas/iniuriasq; agit.

Iustitiam colito

Legibus obsequitor.

Deū naturāq; preponito.

Deum timeto.

Deū sup cuncta diligitō.

Ipsū propiciato

Proximos amato.

parentes honorato.

Benefactor esto

Cōmuniū bonū preferto. Precepta

Equitatem seruato.

Iniustum ne imitator

Exleges fugito

Stateram non transilito.

- 1** **¶** Prima questio. Quid iustitia **¶** Responso. est virtus moralis qua hoies iustorū sunt opatiui: et qua iusta volūt ac faciūt. In qua diffinitōe secūda particula exponit/declaratq; primā. Similiscq; ē illa diffinitio ei qua fortitudo diffinitur esse virtus qua hoies fortiū sunt opatiui/ et tēperātia virt^o qua hoies tēperatiū/ id est officiorū tēperātie sunt opatiui. **¶** Secūda. Quot sunt equitatū species. **¶** Responso. Due: scz equitas cōmuniū distributiua et cōmerciorum cōmutatiua. Quod supponendum est. **¶** Tertia. An iustitia: duorum viciorum sit medietas/ id est vtrum sit mediā inter duo vicia: quēadmodum virtutes morales omnes superius declarate. **¶** Responso. Non. Quia iustitia est mediā inter iniustum facere et iniuriā pati. Illa autem non sunt duo vicia. Nam iniuriā pati non malum sed pena est. Enimuero omne malum/ et volūtariū est et vituperabile: iniuriā autē pati non est volūtariū/ nam fit contra eius qui leditur voluntatem et per violentiā. Neq; etiam est vituperabile: quia probi et studiosi pletunq; patiuntur iniuriā. Quinimo qui pie vixerūt/ sanctimoniaq; vite claruerunt: graues pertulerunt iniurias. Et ipse sanctus sanctorū dominus noster virtutum omnium exemplar et decus: maximis cum vitam mortalem ageret iniurijs affectus est. Et maiori profecto laudi dandum est si quispiam preter meritum iniuriā patiatur: q̄ si meritis esset consimilem penam sibi inferri. Quod Socrates in ipso vite excessu clare ostendit: quem forti animo et constanti vultu veneni potionem e manu carnificis accipientem/ et poculum ori admoventem cum Xantippe vxor lamentaretur/ vociferaretq; innocentem cum perimī: respōdit Socrates. Quid ergo/ nocenti michi mori satius esse duxisti? Auctor Valerius. igitur iustitia nō est mediā inter duo vicia extrema. Quare id non omni virtuti morali commune est: tamen si soli conueniat. **¶** Quarta. Circa que versat iustitia legitima. **¶** Responso. Circa ea que rite leges statuūt et vetāt vt circa bona que a legibus recte institutis (nā ille sole/ legū noie digne sunt) precipiūtur: et mala que ab eisdem prohibentur. Nam circa ea ipsius iustitiē legitime operatio versatur. magis tamen circa bona q̄ leges p̄cipiunt versat: q̄ circa mala q̄ phibent. Nam virtus magis est circa illud quod

Socrates
Xantippe.
Valerius.

Nā omnē
vītē mo-
ra em inter
duo vicia ex-
trema medi
am esse.

d liii



melius est et dignius. At bona malis sunt prestantiora et in affirmatione: mala vero in negatione. Quare p se et p̄cipue circa bona versat: p accidēs autē circa mala. ¶ Quinta. Nōne iustitia legitima est virtutū p̄clarissima. Respōsio. Est. Nā p̄clarior est virt⁹ ad se et ad alterū: q̄ ad se solū. At iustitia legitima est virtus ad se et ad alterū. Nam et ipsum dirigit iustū legitimū/et alios. Alie autē virtutes vt tēperantia/manusuetudo/sunt ad se solū. Nam solūmodo ipsas habentē dirigunt. igitur iustitia legitima huiusmodi virtutibus est p̄stantior. Verū quia nōnullē virtutes etiā sunt ad alterū vt liberalitas et affabilitas: idcirco subnectit alterū in littera elementū quo p̄betur iustitia legitima esse p̄stantior etiā ceteris virtutibus que sunt ad alterū. Nam p̄clarior est virtus que est ad cōmune honum et vite sufficientiā q̄ que ad particulare: quādo quidē bonū quanto cōmun⁹ tanto sit melius. Atqui iustitia legitima est ad cōmune bonū et vite sufficientiā: nō quidē eorū que ad corporis sustentationē requirunt: sed animi p̄fectionē/et que ad bene beateq; viuendū sunt necessaria: cū oia ambiat virtutū officia quib⁹ sufficiēter secundū virtutē vita agit. Ceterē autē virtutes que sunt ad alterū vt liberalitas/affabilitas/equitas sunt ad bonū particulare et priuatū vnius aut paucorū: igitur iustitia legitima est illis virtutibus p̄clarior. Quare ipsa recte cōcludit esse virtutū p̄clarissima.

¶ Sexta. Circa que est equitas cōmuniū distributiva. ¶ Respōsio. Circa distributiones bonorū et malorū. Nam circa vtrūq; ipsius opatio versat. Magistamē circa distributiones bonorū. Quia virtus magis versat circa id quod melius est et dignius. Atqui distributio bonorū melior est et dignior: nā p̄ eā assimilat homo mūdo intelligibili et celesti: in quo equissima est bonorū pro ratione meriti distributio et nō malorū. Distributio autē malorū minus est digna et p̄fecta: similisq; quodā modo distributioni penarum que fit in regiōe tenebrarū vbi nulla est bonorū cōpensatio. In hoc autē mundo sensibili vt vtriusq; mundi extremi scz superioris et inferioris medio: fit distributio nūc magis versa bonorū nunc malorū. Preterea. Virtus magis circa illa versat officia: que magis volūtarie et maiori cū delectatiōe fiūt. Atqui bonorū distributio libentius et delectabilius fit ab hoīe iusto q̄ distributio malorū: q̄ anexā habet quādā tristitiā/cōpassionē et cōmiserationē. Quocirca suapte natura hoīes magis ad misericordiā q̄ inferendū cruciatū inflectunt: exemplo ipsius summe boni qui benigniter p̄ p̄phetā admonet se nō velle mortē peccatoris sed vt magis cōuertat et viuat: imo vero suavissime nos inuitat quibus bona distribuat: paratus pro sue bonitatis imēitate oibus bona distribuere/vbi nō recusauerim⁹ ea vt oportet accipere. Vult ei oēs hoīes saluos fieri. Sed p̄ch dolor nos ad eius cenā iultati negligim⁹ venire aut ad nuptias intram⁹ sine veste nuptiali: irritamus maximā ip̄i⁹ in nos benignitatē/aspnamurq; vltro oblata munera. Proinde ipsum (vt ita dixerim) cogimus mala nobis cōtra sue bonitatis cōditionē irrogare/et meritas p̄ culpis penas sumere. Haud dissimiliter iustus vellet se posse semp distribuere bona: sed ne iualescāt hominū vicia cōpellit eidē mala infligere/ vtpote cruciatū qui de se quidē bonus est cū sit iustitie instrumentū: est tñ malum pene illi qui ipsum patit. Cōstat itaq; iustitiā cōmuniū distributiā magis versari circa distributionem bonorū q̄ malorū: circa hāc scz p̄ accidēs et circa illā p̄ se. quēadmodū magnanimitas magis circa honorē q̄ inhonorationē versari dicta ē.


¶ Septima. Circa q̄ versat iustitia cōmerciorū cōmutativa. ¶ Respōsio. Circa cōmutationes bonorū vt emptiones venditiones/ et ceteras hominum negociationes: que fiunt ad indigētia humane subleuationē. Vnde illic solū est iustitia cōmerciorū cōmutativa vbi est indigētia que p̄ sufficientiā potest leuari atq; repellī. In celo autē nulla est indigētia sed summa sufficientia: quocirca nō est ibidē iustitia cōmerciorū cōmutativa. hūc dephendit iustitia cōmuniū distributiva esse dignior ea que cōmercia cōmutat: vt cui⁹ exēplar in celo relucet. Nempe quāto virtus aliqua celestibus similiore reddat homines: tanto ipsa est dignior. vt quāto quicq; p̄pinquius accedit ad clarissimā lucē: tanto ipsum est illustrius/magisq; refulgēs. In regione autē tenebrarū summa est indigētia et que p̄ sufficientiā minime depellitur: ideo neq; i ea cōspicit iustitia cōmerciorū cōmutativa/ sed dūtaxat in hoc mundo sensibili: in quo partim est sufficientia et partim indigētia. Et ergo recte medius dicit: vt qui vtriusq; mundi extremi aliquid participet.

¶ Octava. Est ne iustitia cōmuniū distributiva secundū aliquam rationū cōparationē. Respōsio. Est. Nā vbi p̄miū ad p̄miū aut pena ad penā se habet: sicut meritū ad meritū aut delictū ad delictū: aliqua rationū cōparatio est. Sed i iustitia cōmuniū distributiva p̄miū ad p̄miū aut pena ad penam se habet: sicut meritū ad meritū aut delictū ad delictū. Nempe in iustitia distributiva bonorum premiū ad premiū se habet sicut meritū ad meritū/et in iustitia distributiva malorū pena ad penam se habet sicut delictū ad delictū. igitur iustitia cōmuniū distributiva est secundū aliquam rationū cōparationem.


¶ Nona. Nonne iustitia cōmuniū distributiva fit secundū cōparationē rationū geometricā. ¶ Respōsio. Fit. Nam iustitia cōmuniū distributiva fit secundū equalitatem

Q iustitia
distributiva
magis versa
tur circa di-
stributionē
bonorum q̄
malorum.

Q iustitia
cōmutativa
solū in mun-
do sensibili
inuenitur.



duarū adinuicē pportionū. Distributiua quidē bonorū secundū equalitatē pportionum vtriusq; meriti ad vtrumq; premiū. Nā in ea debet eadē eē pportio premiū ad premiū: que meriti ad meritū. Vt si prima est dupla/et secūda: et si prima tripla/ita et secūda. Distributiua vero malorū secundū equalitatē pportionū vtriusq; pene ad vtrūq; delictū: cū in ea debeat eadē eē pportio pene ad penā/que est culpe ad culpā. vt si culpa vnus sit dupla ad culpā alterius: et pena ad penā debet esse dupla/et si culpa ad culpā tripla: ita pena ad penā. Quod huiusmodi exemplo euadit manifesti
 10 So. Pla.
 us. Sint Sortes et Plato benemeriti de republica: sortes quidē magis et plato minus/ vt meritum fortis sit duplū ad meritū platonis quē admodū duo ad vnū. Et sorti designetur premiū vt 12: plato
 2 1
 ni distribuendū est premiū vt 6. Nā vt meritū ad meritū sc3 duo ad vnū/ita premiū fortis ad premiū
 12 6
 platonis sc3 12 ad 6: cū vtrobiq; sit pportio dupla. Q. si sorti deē premiū vt 12/ platonī vero premiū
 vt 8: non seruatur hec iustitia/ habetq; plato plus equo: nā meriti ad meritū pportio est dupla per
 hypothesim. Premiū autē ad premiū pportio ē sesquialtera sc3 12 ad 8 q̄ pportioēs nō sūt eq̄les cū nō
 sint eiusdē denoiatiōis. Si vero sorti debitū deē premiū vt 12/ platonī vero (seruata ea que de meritis
 posita est hypotesi) premiū vt quatuor: nō seruat itidē recta distributiua/ habetq; plato minus equo: cū
 meriti ad meritū pportio ex hypothesi sit dupla: premiū vero ad premiū tripla/ sc3 12 ad 4: que ppor
 tioēs sunt ineq̄ales & diuerse denoiatiōis. Ita in pportioē supparticulari et superpartiete denē
 exempla. Ex his itaq; constat iustitiā cōmuniū distributiua consistere in comparatione rationum
 geometrica et disiuncta. Nā quatuor in ea termini esse debent nō cōmunicātes: i distributiua qui
 dē bonorū duo merita et duo premiā. In distributiua vero malorū duo delicta et due pene. ¶ De
 10 cima. Nonne iustitia cōmerciorū cōmutatiua secundū cōparatiōnē rationū Arithmetica attendē
 da est. Responso. Est. Nā cōparatiō rationū arithmetica est quādo est pportionū differentiarum
 equalitas per diffinitionē. Sed in iustitia cōmerciorū cōmutatiua attendit equalitas secundū diffe
 rentiarū pportionū equalitatē: quādo sc3 quāto maximus terminus superat mediū/ tanto mediū
 superat minimū. Vt sortes vendat platonī quicq; et facta cōmutatiōe deprehendat sortes habere 12
 plato autē mēs solū habere 4: et ergo cōquerat plato q̄ min⁹ habeat/ sortes vero plus/ accedatq;
 12 16 8
 ambo iudicē qui vtriq; redditur⁹ sit quod suū est iudex ad inueniendū mediū horū extremorum
 cōparatiōis arithmetice debet cōiūgere duo extrema sc3 12 et 4 adinuicē fiūtq; 16. Quorū me
 dietas sc3 8 est mediū illorū terminorū. Nā que differētia ipsius 12 supra 8/ eadē est ipsius 8 supra
 4: vtrobiq; sc3 quaternarius. Et ipse octonarius est in ea cōmutatiōe termin⁹ quē vterq; cōmutā
 tiū habere debet. Quare iudex auferet 4 a sorte habēte plus & dabit tantū dē platonī habēti mi
 nus: & hoc modo vterq; erit reductus ad equalitatē/ habebitq; octonariū. Si enī numerus nume
 rū superat: differētia a maiore subtracta aut minori addita/ illi duo numeri sunt equales. Q. si ius
 dex solū tria remouisset a sorte & ea dedisset platonī: adhuc sortes habuisset plus sc3 nouē & pla
 to min⁹ sc3 septē/ quare adhuc fuisset ineq̄alitas. Similiter si iudex a sorte abstulisset quicq; & tan
 tundē dedisset platonī: tunc sortes habuisset min⁹ vtputa septē/ plato vero plus sc3 nouē/ quapro
 pter adhuc inter eos fuisset ineq̄alitas. Neq; ad equalitatē (in qua huiusmodi cōsistit iustitia) res
 duci possent: nisi per assignationē mediū inter duo assignata extrema secundū cōparatiōnē arith
 metica. liquet igit iustitiā cōmerciorū cōmutatiua attendendā esse secundū cōparatiōnē rationū
 arithmetica: nō quidē quācūq; sed continuā/ et cuius pportioēs aliquo termino vtpote medio
 11 cōmunicāt. Debēt enī in ea cōparatiōe solū esse tres termini: sc3 plus/ mediū/ et minus. ¶ Undeci
 ma questio. Est ne cōmutabiliū vna cōmunis mēsurā? Responso. est. Quia oia nūmo mensuramus:
 oia inquā cōmutabilia/ vt bona externa et fortune. Nā bona spiritalia & interna nō sunt nūmo
 estimabilia. Est igit nūmus/ cōmutabiliū mēsurā cōmunis: idcirco in humanū vsum institutus/
 vt expeditior inter oēs cōmutatio fieri possit/ qui nūmo quoduis cōparare & cōmutare adinuicē
 12 valēt ¶ Duodecima. Que est vera cōmutabiliū mēsurā? Responso. Indigentia humana. Nam
 ea est vera cōmutabiliū mēsurā: secundū cuius exigentiā hoies cōmutāt: & qua existente/ fit com
 mutatio: qua vero nō existente/ nō fit. Sed indigentia humana est secundū cuius exigentiā hoies cō
 mutant. Crescente siquidē idigētia rerū/ auget eorū p̄ciū: & ea decrescēte/ diminuit p̄ciū. Neq; est
 manē res secundū naturalē eorū dignitatē: sed secundū indigētie humane rationem. Alioqui mus
 pluris estimāndus esset q̄ massa auri/ & vrtica oibus eēt diuitis p̄ferenda: cū sit natura dignior & in
 superiore entīū gradu. Id tamē falsū est: quia murē & vrticā non querūt hoies/ q̄ his ad vsū nō in
 dīgēāt. Silt̄ existēte humana indigētia fit cōmutatio: & ipsa non existēte/ nō fit cōmutatio. Si enī
 hoies nullo egerēt: neq; inter eos vlla quidē rerū cōmutatio fieret. Est igit indigētia humana/ vera
 13 cōmutabiliū mēsurā: & nūmus solūmodo cōmutatiōis instrumentū. ¶ Decimatertia. Per qua-



les iniurias dicit quis iniustus. Responso. Per operationes iniustitie habitū sequētes. sicut quis dicitur fortis per intrepidas periculorū aggressiōes/fortitudinis habitū sequētes: et tēperās p voluptatū gustus aut tactus moderatiōes habitū tēperantie cōsequētes. Patet. Nā iniustitia est habitus quo quis res vult iniustas/iniuriasq; agit:igif cū quis ex habitu cōmittit iniuriā/ ille censendus est iniustus. Siquis vero semel tantū aut bis fraudē cōmiserit aut furtū:facit quidē alteri iniuriā et iniustū agit/nō tamē idcirco est iniustus. Nā ex vno aut duobus actibus nō gignit habitus. Quare p iniurie illatiōes habitū iniustitie pcedētes nō est quispiā dicēdus iniustus: sicut neq; fortis p primā periculorū aggressiōē/aut tēperans ob vnicā voluptatū moderatiōē habendus est. ¶ Decima 14
 quarta. Nōne iuris actio inter iustitie extrema mediat. Responso. Mediat. Nā iuris atq; iustitie actio est inter plus & minus: auferēs quod plus est ipso medio/ & addens ad minus: quo vtrūq; redigatur ad equalitatē in qua cōsistit ois iustitia. Sed plus & min⁹ sunt extrema iustitie/ haud multū discrepantia ab illis que ante assignata sunt scz iniuriā facere & iniuria pati. Qui eni iniuriā facit habet plus:& qui iniuriā patit/minus. igif iuris actio siue iustitie operatio inter iustitie extrema mediat. ¶ Decima quita. An qui iniuriā patit/idcirco dicendus est malus. Responso. Nō. Nā qui iniuriam 15
 patitur: non idcirco res vult iniustas/iniuriasq; agit: immo plerūq; vsu venit vt qui ceteris virtute prestāt grauiorib⁹ pmanēt iniuriis: que illis p̄bent virtutis scz patientie materiā et non animi labē. Est eni virtus odio prauis qui eā infestissime persequuntur. Cuius causam pulchre assignat Man-

Mantuan⁹. tuanus hoc carmine.

Sponte malos homines et noxia gramina nutrit:

Ac melius semen ferre recusat humus.

Mitior est propriis/alienaq; pignora semper

Tractat inhumana dura nouerca manu.


Vir bonus est celi/malus est telluris alumnus:

Quos igitur celum diligit/odit humus.

¶ Decimasexta questio. Quādo iustus iuste agit. Responso. Quādo oportet/ & honesta iuste agē 16
 di prebeēt occasio. ¶ Decimasextima. Vbi iustus agit iuste. Responso. Vbi oportet/ & honesta iuste 17
 agendi prebeēt occasio. Quinimo tēpus oē & locus/officiis iustitie videtur accommodus.

¶ Primū preceptū cōmune est/ iubetq; iustitiā & cōmuniū distributiā & cōmerciorū cōmutati-
 uā colendā esse ad oēs/ tū superiores tū equales tū inferiores. Et sane hec animos hoim magis de
 uincere solet et cōciliare q̄ arma & vires. Quod Camilli exemplo dilucidū est: qui cū Faliscos obli-
 deret: magister ludi cōplures ingenuos pueros (quos erudiēdos habebat) ludendī causa vrbe edu-
 ctos in castra Romanorū pduxit vt ad eos recipiēdos parentes eorū qui Faliscorū primates erāt
 vrbe Camillo dedendā curarent. Camillus vero p̄ditionē execratus ipsū denudatū manib⁹ post
 terga ligatis/ pueris cedendū & v̄rgis in vrbe agendū iussit. Quā imperatoris iustitiā & fidē cernē-
 tes Falisci posito bello se illico Romanis dederūt. ¶ Secundū: legib⁹ a iustitia legitima constitu-
 tis nos obsequi debere monet: quoniā quod rectū & sanctū est iubent/ & quod prauū vetant. Ter-
 tiū: legē diuinā legēq; nature/humanis legibus & hoim constitutis arbitrio p̄ponendā docet. Ne-
 pe lex diuina est prima & rectissima. Post eā lex nature suā habet dignitatē/ & tertio loco lex hu-
 mana. Q̄ si hec a ceteris duabus discrepet/ standū est legi diuine & naturali. ¶ Quartū: deū timē-
 dū admonet cū veneratione quadā & reuerētia. Iustitie eni munus est cuiq; quod suū est tribuere:
 vt superioribus timorē/amorē/ & honorē. Deus autē oim sup̄remus est dñs. Itaq; per hanc virtutē
 ei timorē debem⁹: non quidē seruilē qua timef̄ aliquis ne penā si offendaf̄ inferat/ & grauib⁹ affi-
 ciat supplicis: sed timorē rectū & honestū quo p̄pter sūmā eius bonitatē & excellentiā timef̄ offen-
 di/ etiā q̄uis nullā esset penā infligit⁹: sed ob idipsū ne sūme eius maiestati inferaf̄ iniuria. Perinde
 atq; honestus filius timet quicq; admittere prauū: ne benignissimū patre offēdat/ neue ei sit iniuri⁹
 cuius tantā expertus est bonitatē & beniuolentiā. ¶ Quintū docet deū sup̄ oia diligendū. Nam si
 bonū/amabile est: & magis bonū/magis ē amabile: & maxime bonū/maxime amabile. De⁹ itaq;
 cū maxime bonus sit imo ipsa sūma & absoluta bonitas/maxime & plus ceteris oibus amād⁹ est:
 sicut & ipse maxima dilectiōis argumēta hoibus ostēdit. Neq; huiusmodi amor debet esse merce-
 narius & p̄pter aliud vt eternā gloriā regnūq; celeste principaliter ordinatus. Nā si quis deū p̄pter
 p̄priā diligit salutē/ p̄priūq; bonū: magis p̄priū cōmodū q̄ deū amat. Nepe siquid amat p̄pter al-
 terū: illud p̄pter quod alterū amat/ magis amat: quare nō diligeref̄ deus super oia. sed p̄pter se tā-
 tū & sūmā eius bonitatē amādus est: hūc amorē ad aliud principaliter nō referendo neq; p̄mū
 rationē habēdo. imo q̄uis nullū consequeref̄ p̄mū: non minus q̄ nunc cū futura est merces amari

Camillus.
Falisci




debet. Quod vt hoies exequant: celesti sane p̄sidio opus est/ quādoquidē id v̄ribus humanis lōge
 maius est: vt quis deū supra seipsū & sua oīa diligat. Verū vbi d̄iūnus hoī fauor accesserit: tollitur
 huiusmodi difficultas. p̄inde atq; ibecilliores aliquo pōdere vires habēs/ ab altero adiutus ipsū pō
 dus sustollit. At quia amāris est ea oīa facere que grata sunt amato/ et fugere ea que cognoscit eidē
 displicere: officiū est eorū qui deū amare volūt/ mādata eius exequi/ virtutes amplecti/ fugere vi-
 cia: quoniam euidēs dilectiōis argumentū est exhibitio operū que placent amato. Et qui alias amo-
 ris diuini condiōes & pulcherrimas & dignissimas cognoscere expetit: eas in Theologia natura-
 li qui & creaturarū liber inscribit requirat: vbi ampla & rectissima de huiusmodi amore fit deter-
 minatio. ¶ Sextū p̄ceptū admonet deū esse p̄piciandū/ hoc est p̄cibus & rebus sacris digne colen-
 dū atq; honorandū. quoniam si virtuti debet honor: ei qui virtutū domin⁹ est/ summ⁹ debet honor
 atq; cultus: quē ex intimis animi p̄cordiis & pura mente ei debemus exhibere. Et cū peccatis no-
 stris offensus est & merito nobis infensus: peccati detestatiōe/ lacrimisq; placāndus est & reconci-
 liandus. quoniam ad deo benignus est ad eū redeūtibus: vt si quis inenarrabile eius benignitatē/ maxi-
 mā misericordie dulcedinē/ summāq; & suauissimā bonitatē attēte cōsideraret: illius cōtēplatione
 protinus ad ipsū reuerterē. Nā quādo cūq; ad eū cōuertimur: malorū nostrorū imemor nos be-
 nigne recipit: vt benignissimus ille pater filiū. p̄digū penitētia ductū ad ipsūq; reuersū amplex⁹ est:
 nouis vestibus ornauit/ et lautissimo excepit cōuiuio. Et quod maius est/ oibus modis nos admo-
 net/ incitat/ sollicitat vt ad eū redeamus: cōgaudet nostre cōuersiōi/ nō aliter q̄ centesima oue inuē-
 ta pastor Euāgelicus inuitat vicinos vt ei congratulent: aut mulier ob decime dragme prius dep-
 dite recuperatiōe suā apud vicinos gaudiū testat. Ita deus ipse/ ita celestes spiritus oēs cōgratulā-
 tur nostre emēdatiōis: siquādo cōmissa crimina detestātes condigna satisfactiōe (que ad hāc quoq;
 virtutē spectat) nostro et auctori et patri (cui⁹ bonitas ineffabilis nobis sit p̄picia) sincere & inte-
 gre recōciliamur. ¶ Septimū p̄ceptū docet proximos esse amādos non tantū verbo/ sed & corde
 et opere. vt si ipsis quicq; adiuuēti prestare possimus: beniuole id prestemus/ quē admodū nobis si
 eadē premeremur indigētia exhiberi vellemus. Et idē sacratissima lex Euāgelica (cui hec moralis
 philosophia mirū in modū & pulchra quadā harmonia cōsonat) p̄cipit: diliges (inquit) proximū
 tuū sicut teipsū. ¶ Octauū iubet parētes esse honorādos: oīno conforme diuine legi/ honora pa-
 trē tuū & matrē tuā: et eris longeuus sup terrā. Nēpe philosophie moralis p̄cepta adeo factis litte-
 ris sunt cōsentanea: vt ne in minimo quidē ab eis discrepare videant. Sacre tamē littere sublimio-
 res sūt et domine/ hec vero philosophia inferior: illarūq; famulatrix & ancilla. ¶ Nonum monet
 nos in alios beneficia conferre atq; distribuere: ad imitationē summe boni quod munera sua be-
 nefice oibus cōmunicat/ et facit solē suū oriri sup bonos & sup malos. ¶ Decimū. Cōmunius bo-
 nū particulari preferendū esse docet. Nā quod cōmunius est/ prestātius est. Et quāto plurib⁹ pro-
 dest: tanto ipsū est melius/ similiusq; ipsi sūne bono: quod oibus sapiētissime p̄uidet. Quare qd̄ cō-
 muni⁹ est bonū: diuini⁹ quoq; existimari debet/ vt qd̄ exuberātissimo maxime bonitatis fonti eua-
 dat p̄pinq; ¶ Undecimū. Equatē et in distribuēdo & cōmutādo seruādā p̄cipit. ¶ Duodeci-
 mū: ne qs̄ iustū imiteē admonet quoniam ei⁹ imitatiōe labe infusititiae cōtraheret. ¶ Decimūtert-
 ium. Exleges/ legūq; p̄uicatores & qui nullā legib⁹ obedientiā prestāt: fugiēdos monet. ¶ Dec-
 imūquartū quod est Pythagore preceptum: admonet staterā non esse trāsiliendā hoc est neq; plus
 neq; min⁹ equo accipiēdū esse aut tribuēdū sed eq̄litatē in oibus cum mediocritate esse seruādā.

Theologia
naturalisQuanta sit
diuine mise-
ricordie be-
nignitas.Sacratū litte-
rarū cui.
moralis phi-
losophia
cōspiratio.Pythago-
ras.

Iustū diuile

V

Vstū civile est quod in equaliū vita constitutū est: vt eorū que ad vitā
 i pertinent/ sufficiētia sit. Equales sunt quorū nullus aut natura aut ci-
 uiliter alteri subditus est. Herile iustū est quod domini est ad seruū.
 paternū vero: quod patris est ad filiū. Quod vero viri est ad vxorē: economi-
 cū/ et rei familiaris iustū dicit. Iustorū civilium quoddā est naturale: quod vbiq;
 vim habet eandē. Aliud vero legitimū: quod a principio quidē an aliter fiat/
 nichil refert: cū vero positū fuerit/ refert. Iustū civile igit̄ est quod natura/ aut
 instituto est. Itidē et iniustū. Ius est que sponte fit iniurie emendatio. Cū vero
 quis piā suā spōte quēquā indigne ledit preter eius quiledit voluntatē: iniu-
 riā facere dicitur. Cui vero talis iniuria preter eius voluntatē facta est/ is iniuri-
 am patitur. ¶ Est preterea equitas et bonitas virtus: qua quis recte legem ea



Iustitia

Questiões. ex parte qua ob vniuersale deficit/emendat. qui autem emendat: equus et bonus dicitur.

- | | | |
|--|---|---|
| <p>1 Quid.</p> <p>2 Quot modis circa hoim cōmunicatiōē inferē nocumētū</p> <p>3 Circa que.</p> <p>4 An herile iustū / paternū / aut economi- cū: ciuile sit.</p> <p>5 Quod eorū ipsi similius.</p> <p>6 Nōne aliquādo fiat iustū aut iniustū</p> | <p>Questiones.</p> <p>absq; iure / aut iuria.</p> <p>7 An q̄cūq; patimur sciētes: sint volūtaria</p> <p>8 An quecunq; faci mus ignorantes: sint venia digna.</p> <p>9 Quālis.</p> <p>10 An facile sit iustū / aut iniustū esse</p> <p>11 An facile: iusta ab iustis discernere.</p> <p>12 An iusti est iuriā</p> | <p>facere.</p> <p>13 Vtrū quis iniuriā sua sponte patiatur.</p> <p>14 An in alicuius sit po- testate: vt quis piā iniu riā patiatur.</p> <p>15 An lex vt dirigat: ali- quādo aliquo egeat.</p> <p>16 Quando iuste agen- dum est.</p> <p>17 Et vbi.</p> |
|--|---|---|

Elementa ¶ 1. Tribus modis. primū ignorantia / et non sponte: sponte quidē et sine ele ctione: postremo vero cum sponte tū electione infertur nocumētū. ¶ 2. Ius- tum ciuile circa bona et mala equaliū: ne plus minusue fiat. Herile consimili ter circa bona et mala domini ad seruū. paternū patris ad filiū. et Economicū viri ad vxorē. ¶ 3. Diffinitiones. ¶ 4. Economicū. ¶ 5. Iustū in quo minor est inequalitas et maior ad equalitatē vite accessus: ciuili iusto similius est. ¶ 6. Interdū coacti iustū faciūt hoies: et interdū nō spōte aliquid iniustū ¶ 7. Mul ta patimur scientes a natura: vt senescimus / et morimur. ¶ 8. Qui affectione ignorantes peccant / et sue ignorantie consci: non sunt venia digni. ¶ 9. Vo- luntarie / scienter ac delectabiliter cuiq; quod suū est tribuens. ¶ 10. Non est facile attingere mediū / et vnāquāq; prudentie circūstantiā alteri tribuēdo qd suū est obseruare. Non est facile ex iniustitie habitu iniusta cōmittere. ¶ 11. Itidē neq; facile est leges / cōsulta / decreta / et cetera id genus recte instituen- de vite precepta: cognoscere ¶ 12. Iniuriā facere est sponte quēpiā ledere pre ter voluntatē eius qui leditur. ¶ 13. Iniuriā pati est aliquē iniuriā preter eius voluntatē sustinere. ¶ 14. Non est in potestate alterius vt quis inuite iniuriā am ferat. ¶ 15. Quod nonnunq; deficit: et non semper obseruari honestū est / interdum quo dirigatur egere necesse est.

<p>Precepta</p> <p>Cuiq; suū tribuito.</p> <p>parem patitor.</p> <p>Seditionem vitato.</p> <p>Superioribus obedito.</p> <p>Domini presunto.</p> <p>Familiā curato.</p> <p>Qd iustū ē mādato.</p> <p>Seruus obedito</p> <p>Vidēs / audiēs / tacitus.</p> <p>Spōtaneus / ipiger / fidus</p>	<p>Mādata exequitor.</p> <p>Dominū diligito.</p> <p>pater liberos alito.</p> <p>Ipsos erudito.</p> <p>Virtutibus formato</p> <p>Liberi libenter parēto.</p> <p>parētibus audiūto</p> <p>Amanto / honorāto.</p> <p>Magistros venerāto.</p>	<p>precepta tenento.</p> <p>Vir vxorem diligito.</p> <p>Vxor virū obseruato.</p> <p>Vterq; fidē seruanto.</p> <p>Integrāq; vite societatem.</p> <p>Sine rixa sine q̄rela viuūto.</p> <p>vir acq̄rito. parta cōseruato</p> <p>Mulier casta / fida / tempe- ransq; esto.</p> <p>Sedula domū curato.</p>
--	---	---

Vstū (quod est iustitie ad alterū factū officū) diuidit̄ primū in iustū ciuile/herile/paternū & economicū. Iustū ciuile est quod in equalū vita cōstitutū est: vt eorū que ad vitam pertinet̄ sufficiētia sit. Nō quidē ad vitā corporalē/victu & amictu indigentē: sed ad vitā anime et beatā. Curat enī iustū ciuile vt eorū que ad bene beateq; viuendū pertinet̄ sufficiētia sit. Equales autē sunt qui equa sunt conditione: neq; natura/neq; ciuilit̄ eorū vnus alteri subiectus est. vt ciues priuati eiusdē vrbis. Inequales autē: quorū vnus aut natura aut ciuilit̄ alteri subdit⁹ est. Natura quidē: vt filius patri: vxor viro. Ciuilit̄ vero: vt ciuis priuatus magistratū ex ordinatione ciuitatis reipublice prefecto. Qui cū dignitate perfūctus fuerit: ceteris ciuib⁹ quib⁹ nūc supereminet/erit equalis vt ante magistratū. ¶ Iustū herile est iustū quod domini est ad seruū: cui respōdet iustū subherile quod est iustū serui ad dominū. Iustū paternū est quod patris est ad filiū. Et illi respōdet iustū subpaternū qđ est iustū filii ad patrē. Iustū vero economicū est quod est viri ad vxorē/illiq; respōdet iustū subeconomicū quod est vxoris ad virū. Eniuero alia sunt vxoris ad virū/et alia viri ad vxorē officia: quare iusta illa diuersa sunt. Similiter alia sunt filii ad patrē & alia patris ad filiū officia: quē admodū alia serui ad dominū/et domini ad seruū. Et solū i littera exprimunt̄ iusta cōstituta inter inequales que sunt maioris ad minorē: sub quib⁹ cōtinent̄ eis opposita iusta nunc explicata que sunt minoris ad maiorē. Nepe apud auctores per vnū oppositorū/alterius quoq; oppositi natura cognoscit̄. Sūt & alia iusta inter inequales constituta vt iustū regiū/iustū optimatū et censu potentū. Sed de his cū de amicitia tractabit̄ fiet mētio. Deinde iustū ciuile dīuidit̄ in iustū naturale et legitimū. Iustū naturale est quod vbīq; vim habet eandē. Et illud nō ex humana institutione sed naturali instinctu vim habet/atq; in oībus aialibus cōsimile inuenit̄. In brutis quidē tenuiter & in vestigio: in hoībus autē insigniter et tanq̄ in veritate. vt maris & femine ad plē/pcreandā consortiū/pcreate prolis educatio/sui suorūq; defensio. Iustū vero legitimū est qđ ante cōstitutionē an sic fiat an aliter/nichil interest: postq; vero constitutū est/multū refert. Et tale ex sola hoīm cōstitutione vim habet & auctoritatē. Vt si lex fuerit lata nemīnē intēpesta nocte p vicōs ire debere: ante q̄ cōstituta erat lex/potuit ipone quispiā nocturno tēpore versari p vicōs vrbis. Vbi vero ipsa cōstituta est: nō amplius id licet. Ex quibus dōcludit̄ diffinitio iusti ciuilis geminā eius speciē disiuncti cōplectēs q; iustū ciuile est iustū inter equales cōstitutū quod natura aut instituto est. Cū autē vnū oppositorū tot modis dicať quot reliquū: & iniustū quod est ipsius iniustitie operatio/ipsi iusto opponat̄: eodē prius modo diuidit̄ iniustū sicut iustū: sc; in iniustū ciuile/herile/paternū/economicū/et alia ipsi relatiua oppositiōe respondētia. Rursū iniustū ciuile dīducit̄ in iniustū contra/preterq; naturā et iniustū illegitimū. Que oīa cōsimiliter diffiniant̄: pmutato dū taxat genere diffinit̄. ¶ Subiungit̄ diffinitio iuris vt hic sumit̄. Siquidē ius est sponte facta iniurie emendatio. Vt si sortes intulerit platonī iniuriā ablatiōe clandestina alicuius rei spectātis ad platonē: quā sponte reddat/emēdetq; illatā iniuriā: hec restitutio sortis hoc in loco ius dicit̄. Deinceps diffiniunt̄ facere & pati iniuriā: tria q; in illorū ratione tangunt̄ requisita ad hoc q; quis facere aut pati iniuriā dicať. Primū. q; ledēs/sponte alterū ledat: nā si lesionē coactus per violentiā/aut ignorans inferret: nō dicereť alteri iniurius. Secundū q; huiusmodi lesio fiat indigne et preter rectā rationē. Nā si recte rationis determinatione quispiā alterū lederet: nō dicereť inferre iniuriā. Tertium. q; talis lesio inferat̄ alteri preter eius qui ledit̄ voluntatē. Nā si cōsentiēte eo qui ledit̄ fiat: nō est iniuria/cū (vt vulgo dici solet) volēti nō fiat iniuria. Est ergo iniuria: sponte et indigne a ledente facta alterius lesio/p̄ter eius qui ledit̄ voluntatē. Iniuriā autē facere est sponte et preter rationē alterū ledere: preter eius qui ledit̄ voluntatē. Iniuriā vero pati est spōte & contra rectā rationē ab altero ledi: preter eius qui ledit̄ voluntatē. Postremū diffinit̄ equitas & bonitas esse virtus qua quis recte legē ea ex parte qua ob vniuersale deficit: emēdat. Nepe quē admodū in cōtēplabilib⁹ aliqua vniuersaliter enūciant̄: que tamen contrariōrē q̄ sonāt habent̄ intelligentiā. Et qui recte institutus est: nouit ea que generati dicunt̄ particulariter intelligere. Ita in agibilibus leges interdum ponunt̄ vniuersaliter: sed non adeo cōiter vt sonāt intelligēde sunt. Itaq; is qui legē recte interpretat̄ ad intētione cōditoris/ & exceptionē ab vniuersalitate pro recte ratiois definitione facit: dicit̄ equ⁹ et bonus. Vt sit lex cōstituta/quisquis muros vrbis trāscenderit: capite plectat̄. Sortes autē noctu (quia ei non patent porte) trāsiliat muros ad hostes (qui furti tentāt vrbē capere) repellēdos atq; p̄fligandos. Illisq; fugatis rursū trāsiliat muros reuertendo in vrbē. Deinde accuset̄ vt trāsgressor legis q; muros vrbis trāsierit: equus et bonus respondebit̄ legē illā esse positā in eos qui nulla vrgente necessitatis vi sed pditiōis aut alterius mali causa menia trāscendunt. Proinde sortē nō esse puniendū sed magno cumulādū p̄mio: q; patriā liberauerit. hec legis emēdatio recta est/ & facta

Que sūt species iusti inter inequales cōstitutū

Quid equitas & bonitas.




Iustitia

secundū intentionē cōditoris: qui si adesset / sententiā equi et boni approbaret.

Cephalus.
Procris
Ouidius

¶ Prima questio. Quid iustū civile. Responſio. Est quod in equaliū vita cōstitutū est: vt eorū q̄ ad vi-
tā ptinent sufficiētia sit. Et ita de ceteris diffinitōibus. ¶ Secūda. Quot modis circa hoim cōica-
tionē inferē nocumētū. Responſio. Tribus modis. Primo per ignorantia & non spē: vt si quis la-
titanē dumis hoiem sagitta traſciat credēs adesse ferā. quēadmodū Cephal^o canē ab Ouidio oc-
cidisse Procrin charissimā cōiugē suā. Secūdo inferē nocumētū spē quidē et sine electiōe atq; in-
tentiōe prius cōcepta. Vt si sortes a platonē quē vnice diligit ad irā puocatus eū subito animi mo-
tu interficiat: hec interfectio sponte fit sed sine pcedente electiōe / atq; pposito ipsius perpetrāde.
Tertio in hoim societatiōe inferē nocumētū spē et cū electiōe. Vt si sortes graue cōceperit odiū
in platonē cōstitueritq; apud se eū interficere siquādo locū et tēpus oportunū nactus fuerit: per-
quiritq; media oia peragēdi facinoris. Tandē ex insidiis incautū platonē adortus / armatus iners-
mem & solū occidat: huiusmodi cedes sponte facta est & cū electiōe: quia prius animo instituerat
decreueratq; se eā facturū. Et qui hoc tertio modo nocēt aliis / minime venia digni sunt: grauiusq;
ceteris delinquūt. Qui autē secūdo modo: grauius peccāt q̄ qui primo / sed minor eis pena q̄ iis qui
tertio modo nocēt debet. In his autē qui primo mō inferūt nocumētū / venia locū habet: nā min^o
ceteris peccāt. ¶ Tertia. Circa q̄ versat iustū civile / herile / paternū / economicū. Rñſio. Iustū ciui-
le versat circa bona & mala eq̄liū: ne pl^o minus fiat. Herile silr circa bona et mala dñi ad seruū
Paternū circa bona et mala patris ad filiū. Economicū vero circa ea q̄ sunt viri ad vxorē. Nā circa
hec huiusmodi iusta laudant: igit versat circa talia bona & mala. Nepe circa q̄ alicui^o virtutis opa-
tio laudat: circa ea itidē versat. ¶ Quarta. An herile iustū / paternū aut economicū: civile sit. Rñſio. 4
Nō. Nā iustū civile est qd in eq̄liū vita cōstitutū est. Herile autē iustū / paternū / & economicū nō est
cōstitutū in vita equaliū. Dñseni & seruus adinuicē equales nō sunt / neq; pater & filius / neq; vir
et vxor: sed vnus superior est & alter inferior. igit herile iustū / paternū / & economicū non est iustū
civile. ¶ Quinta. Quod eorū triū iustorū / ipsi iusto civili similius est. Responſio. Iustū economicū. 5
Nā iustū in quo minor est inégalité et maior ad equalitatē vite accessus: civili iusto similius est
quod in equaliū vita cōstituit. Sed in iusto economico est minor inégalité & maior ad equalita-
tē vite accessus q̄ in iusto herili & paterno / min^o eni inferior est vxor viro / q̄ filius patri aut seruus
domino. Nō tamē oino ad equalitatē cū eo accedit. Est eni (vt inquit Aristoteles) virt ratio & vo-
lūtas: mulier vero vt appetitus. Et quēadmodū appetitus sensitū nō equat ratiō sed ei parere de-
bet: ita & mulier viro Cū et vir dicat caput mulieris: caput autē cetera mēbra corporis supeminet.
Igit iustū economicū est similius iusto civili q̄ iustū herile aut paternū. ¶ Sexta. Nōne aliquādo fi- 6
at iustū aut iniustū absq; iure vel iniuria. Responſio. Fit. Nā interdū coacti iustū faciūt hoies: vt nō
nunq̄ quis debitor coactus a iudice reddit inuite quod deber: aut rei aliene ablator metu graui-
ris mulcte restituit ablatū: facitq; iustū / sed nō ius: nā illic nō est spōtanea iurie emēdatio / fit igitur
aliquādo iustū sine iure. Preterea interdū hoies nō spē sed per ignorantia aut violente faciūt ali-
quod iniustū: vt qui primo modo inferūt nocumētū / & tamē illi non faciūt iniuriā. Nā ois iniuria
a ledēte debet sponte fieri: igit hoies interdū faciūt iniustū sine iniuria. Sed quia huiusmodi iustū
& iniustū modo adductū non sunt operatiōes iustitie aut iniustitie q̄ nō fiant voluntarie: id circo
vtraq; respōsiōis pars potest de iusto quod est officiū iustitie et iniusto qd est iniustitie operatio p-
bari hoc modo. Nonnūq̄ fit officiū iustitie sine emēdatiōe iniurie: vt cū nō est cuiq̄ illata iniuria: et
go bene fit iustū sine iure. Preterea Mechus qui admittit ad mechā consentientē facit ei iniustū /
et tamē nō infert ei iniuriā quia id nō facit cōtra ipsius adultere voluntatē: igit fit aliquādo iniustū
sine iniuria. Quicūq; tamē facit ius / facit etiā iustū: et quicūq; iniuriā / facit & iniustū: quare facere
iustū cōmunius est q̄ facere ius / et facere iniustū q̄ facere iniuriā. ¶ Septima. An quecūq; patimur 7
sciētes: sint voluntaria. Responſio. Non. Quia voluntaria sunt que in nostra sūt potestate. At mul-
ta patimur que nō sunt in nostra potestate sed inuite. Vt ea que patimur a natura / exempli gratia
senescimus et morimur / velimus / nolim^o. igit nō q̄cūq; patimur sciētes sunt voluntaria. Preterea
ea que per violentiā inferunt / sciētes patimur: et tamē nō sunt voluntaria / igit nō q̄cūq; patimur
scientes sunt voluntaria. ¶ Octaua. An q̄cūq; facimus ignorātes sint venia digna. Responſio. Nō.
Nā qui affectiōe ignorātes peccāt et sue ignorācie sunt cōcili: non sunt venia digni. At qui affectiō
ne ignorātes peccāt / sueq; ignorācie cōcili sunt: ea ipsa que ignorare affectāt faciūt ignorantes.
Vt si quis filius affectaret ignorare an bona sibi ex paterna hereditate succedētia sint iuste acqui-
ta a patre nec ne: ne si ea cognosceret iniuste parta: cogeretur ipsa restituere. Nūc autē videt iuste
ea possidere / quia etsi aliqua sint iniuste comparata: ipse tamen hoc ignorat / ille ignorās possidet

Aristotelis



bona iniusta & tamē nō est venia dignus sed punitiōe: quia sue ignorātie quodāmodo est causa.

igif nō q̄cunq; faciūt ignorātes sunt venia digna. Quot autē sunt ignorantū modi/et que per ig-

9 norantiā facta sunt venia digna/ & que nō: cū de voluntario determinabiſ fiet manifestū. ¶ No-

na. Qualis est iustus. Respōsio. Volūtariē/sciēter/ac delectabiliter cuiq; quod suū est tribuēs. Nā

ois studiosus voluntariē/sciēter/ac delectabiliter suū peragit officiū. Ipsi autē iusti officiū est cuiq;

quod suum est tribuere: igitur iustus voluntariē/sciēter/ & delectabiliter cuiq; quod suū est tribuit.

10 ¶ Decima. An facile sit iustū aut iniustū esse. Respōsio. Non. Quia non est facile attingere mediū/

et vnāquāq; prudētie circūstantiā/ alteri tribuēdo quod suū est/ obseruare: igif nō est facile iustum

esse. Similiter non est facile ex iniustitie habitu iniusta cōmittere: igif nō est facile iniustū esse. Faci-

11 lius est tamē iniustū esse q̄ iustū: q; minus arduū sit a medio deficere q̄ exacte ipsū seruare. ¶ Vn-

decima. An facile sit iusta ab iniustis secernere. Respōsio. Nō. Quia non est facile leges/ cōsulta/ de-

creta & cetera id genus recte instituēdevite precepta cognoscere. Vt autē iusta ab iniustis perfecte

12 secernant: huiusmodi recte viuendip̄cepta ab hoibus constituta cognoscere operepreciū est. igif

nō est facile iusta ab iniustis secernere. ¶ Duodecima. An iusti est iniuriā facere. Respōsio. Non:

sicut neq; tēperati viuere intēperate/ aut liberalis illiberaliter agere. Nam iniuriā facere est sponte

13 quēpiā et indigne ledere preter voluntatē eius qui ledit. Nō est aut iusti sponte quēpiā/ indigneq;

ledere preter eius qui ledit voluntatē: igitur nō est iusti iniuriā facere. ¶ Decimatertia. Vtrū quis

iniuriā sua sponte patiat. Respōsio. Non. Nā iniuriā pati est aliq̄uē/ iniuriā preter eius voluntatem

14 sustinere. Nullus igif iniuriā sua spōte patitur. Alioquin preter eius voluntatē quis sustineret iniu-

riā/ & eandē sua sponte sustineret/ quod est impossibile ¶ Decimaquarta. An in alicuius sit pote-

state vt quispiā iniuriā patiat. Respōsio. Non. Nā nō est in potestate alterius vt quis inuite iniu-

15 riā ferat: cū vnus/ alterius voluntatē vt inuite quippiā patiat/ cogere non possit. Quēcunq; eni al-

teri inferat tormēta/ quoscunq; cruciatus: si is qui hec patit contra suā voluntatē nō ferat/ non ef-

ficit torquens vt is quē torquet patiat iniuriā: igif nō est in alicuius potestate vt quispiā iniuriā pa-

16 tiatur. ¶ Decimaquinta. Nonne lex vt dirigatur aliquādo aliquo eget. Respōsio. Eget. Nā quod

nonnunq; deficit & non semp obseruari honestū est: interdū quo dirigat egere necesse est. Atqui

17 lex nonnunq; deficit ob vnīuersalē/ generalēq; positionē: & non sēp honestū est eā obseruari pro-

pter varios euentus/ et casus diuersos emergētes: quorū non meminit legis conditor q; illos inde-

terminatos/ incertos et propemodū infinitos certa lege cōplecti non potuisset. igif vt lex dirigatur

per rectā rationē/ ab vnīuersali lege que oportet excipientē: necesse est. ¶ Decimasexta. Quando

iuste agendū est. Respōsio. Q̄n oportet/ & honeste iusta agēdi p̄bet occasio. ¶ Decimasexta.

Vbi iuste agendū est. Respōsio. Vbi oportet et honesta itidē iuste agēdi p̄betur occasio.

¶ Primū preceptū oi iusto cōmune est. id eni primū est iustitie munus/ cuiq; quod suū est tribue-

re. Tria sequētia iustū ciuile respiciūt. Debet eni ciuis pati parē/ & sibi cōditiōe vite equalē. Debet

et vitare seditionē/ cōmotionēq; in magistratus. Debet postemū superioribus vt magistratib; &

principibus obedire. Alia tria ad iustū herile spectāt/ docentq; dominū seruis p̄esse debere/ fami-

liā curate/ et quod iustū honestūq; est mandare. Alioquin domini noie indignus esset. Quinq; se-

quentia ad iustū subherile pertinet/ precipiūtq; seruū obedire domino: videntē/ audientē/ tacitū/

spontaneū/ ipigrū/ et fidū esse/ mandata domini exequi/ dominūq; diligere debere. Deinde ponū-

tur trīa iusti paterni precepta: que docēt patrē filios alere/ ipsos erudire & virtutibus instituere de-

bere: quo non minus animi q̄ corporis perfectionē ope partis assequant. Postea subnectunt quiq;

iusti subpaterni p̄cepta/ admonētia filios libēter parētibus obedire/ ipsos admonētes audire/ eos

amare ac honorare/ preterea cū parentes per seipsos non possunt filios suos doctrīna et moribus

instituere: eos magistris cōmittūt erudiēdos quēa in re vices patris agāt. proinde admonent hec

precepta vt filii magistris suos venerent: eorūq; precepta teneant. Quod et Quintilian; in institu-

tionibus oratoriis his verbis admonet. Discipulos id vnum moneo vt magistris suos nō minus q̄

ipsa studia amēt: parētēq; esse non quidē corporū sed animorū credant. Multū hec pietas confert

studio. hec ille. Porro de exhibitō i matrē officio iure cōmēdatur illa filia que matrē suā capitali cri-

mine damnatā in carcere visitans: vbere diu sustētauit vt Valerius refert. Que quidē mirabilis rei

nouitas ad iudices plata remissionē/ et a morte liberationē matri ipetrauit. Eximia p̄fecto fuit hec

animi pietas: que in carcere seruāde genitricis nouā rationē inuenit. Illa quoq; Scytharū memora-

bilis est in parētes obseruatia atq; veneratio. Nā cū Darlo Persarū regi totis regni sui viribus in eo

rū regionē impetū faciēti paulatī cedētes Scythe: ad vltimas solitudines puenissent. Et iterrogati Valerius

Precepta


Quintilian;

Valerius

Scythæ

Darius

Valerius



per legatos quē fugiēdi finē aut quod inītiū pugnādi facturū essent: responderūt se nec agros nec vrbes pro quibus dīmicarēt habere. Ceterū si ad parentū suorū eruēda monumenta/ sepulchraq; effodiēda Perse accederent: sciturū Dariū quēadmodū Scythie preliari solerēt. ¶ Postremū ponūtur iusti economici p̄cepta pariter et subeconomici: admonētia virū & vxorē mutuo inter se amore/ casto quidē et cōiugali deuinctos esse debere/ integrāq; federis cōiugii fidē & inseparabilē vīte societate seruare/ sine iurgio & querimonia viuere debere. Docēt preterea viri officiū esse q; bona quibus se familiāq; educare possit acquirat: et acquisita cōseruet. Mulieris vero: q; casta/ fida/ & tēperans vitā agat/ sollicitaq; et diligens domū curet. Cōmendat quidē Hicratea regina Ponti q; Mithridatē cōiugē suū adeo amauerit: vt ppter eū/ p̄cipuū forme sue decorē in habitū virilē cōuertere voluptatis loco habuerit. Tonsis enī (vt Valerius refert) capill/ equo se & armis assuefecit: quo facilius laboribus eius & periculis interesset. Quinetiā vitū suū victū a Pompeio & per efferatas gentes fugientem: animo pariter & corpore infatigabili secuta est. Quod Mithridati maximū lenimentū fuit. Cū domo enī & penatibus vagari se credidit: vxore simul exulante. Cōmendantur eandē ob causam Minyarū vxores/ qui Lēno insula per eos habitata/ a Pelasgicis pulsi ad Lacedemonios confugerūt. A quibus recepti cū regnū arte tentarēt: patefacto cōsilio i custodia missi sūt. Eorū vxores (auctore Valerio) introitu ad viros impetrato cōmutata veste in custodia permanserunt/ virisq; habitu muliebri indutis exitū/ & a carcere liberationem prestiterunt.

Hicratea
Mithridas
des
Valerius
Pompelius.
Minye
Lēnos
Pelasgi
Lacedemonii.
Valerius
Amicitia

VIII

a Micitia est mutua aliquorū beniuolētia cū eos nō lateat/ et alicuius quidē boni gratia. Que sicōmodi gratia fuerit: amicitia vtilis dicitur.

Si vero voluptatis gratia: amicitia delectabilis est. et hec due amicitie per accidens/ et non vere amicitie dicuntur. Est enī amicitia per accidens: cū q; nō sui ipsius sed alterius gratia/ amat. Si vero virtutis gratia fuerit: amicitia studiosa dicitur/ et per se et vera amicitia. Est enī amicitia per se qua quis sui ipsius et boni gratia quod intra se est / amatur. Est et amicitia in excellentia cōstituta que est aut superioris ad inferiorē aut inferioris ad superiorem. ¶ Tres sunt rei publice species: et que in ipsis sunt amicitie polytice dicuntur: et tres earū oppositae trāsgressiōes/ labelsq;. Prima est regia: et est principatus vnus nō suū p̄priū sed regni cōmune bonū intēdentis. et qui in ea preest: rex dicitur. Tyrānis est principatus vnus suū quidē propriū et nō regni/ subditorūq; bonū intēdentis. Et est regno opposita trāsgressiō: et qui preest/ tyrannus appellatur. Secunda optimorū potestas: et est cū per studiosos et optimos ciuitas gubernatur: que et aristocratia nominat. Qui in ea prefunt/ optimates et magistratus dicuntur. Et ei opponitur paucorū potestas: que et oligartia dicitur et est cū per paucos/ prauosq; non secundū dignitatē bona distribuētes: ciuitas gubernatur. Tertia est censu potestas cū per multos mediocres et diuitū et pauperū cōmune bonū intēdentes: ciuitas moderatur. et hec timocratia dicitur. Cui popularis potestas et democratia opponit: que est cū per multos mediocres ciuitatē gubernātes: solū plebeorū bonū intēditur. Amabile est bonū: aut quod tale apparet. Amabile simpliciter: bonū est simpliciter. Amabile alicui: est quod cum tale sit aut non: alicui apparet bonum.

d In fine amicitie tria cōplectit ad integrā amicitie rationē requisita. Primū. q; mutua sit aliquorū beniuolētia & reciprocus amor: amēq; vnus alterū & cōtra amē ab altero. Secundū. q; hec beniuolētia ipsos amicos nō lateat sed eis nota sit. Nā si quis alteri beniuolus est/ putet tamē esse maliuolus: firma iter illos cōstare nō potest amicitia. Tertiū. q; huiusmodi beniuolētia sit alicui boni gratia. Quare inter malos ob improbitatis vīte similitudinē/ eadēq; vicia se diligētes: non est putāda esse amicitia. Et secundū triplex boni discriminē/ ipsius amicitie tres sunt species: scz amicitia vtilis/ amicitia delectabilis/ et amicitia honesta. Amicitia vtilis est mutua


Amicitie dī
uīso.

aliquorū beniuolentia cum eos non lateat: & boni vtilis gratia. Qualis esse solet inter mercatores mutua bonorū cōmutatiōe alter ab altero vtilitatē percipētes. Amicitia delectabilis est mutua aliquorū beniuolētia cū eos non lateat: & boni delectabilis gratia. Et hec inter coniuuētes & mutua consuetudine iunctos versatur: qui colloquorū & grate familiaritatis delectatiōe se inuicē afficiunt. Dicuntur autē he due amicitie per accidens & non vere: quia per eas aliquis amatur nō sibi ipsius sed alterius gratia scilicet vtilitatis & voluptatis. Que cū cessauerint: soluentur pariter & ipsarū amicitie. Amicitia honesta siue studiosa est mutua aliquorū beniuolētia cum eos non lateat: et boni quidē honesti scilicet virtutis gratia. Et hec inter viros studiosos versatur: quorum vnus alterum & ediuersio cōtēplatiōe virtutis & honestatis sincere diligit. Diciturq; amicitia per se: quia per eā quis amatur sibi ipsius gratia: hoc est ratione boni anime quod est intra amatū vtpote virtutis. Ceterum attendendo conditiones hominum inter quos versatur amicitia: triplex preter iam dictas species inuenitur amicitia. Quaedam enim est in equalitate constituta: que est equalium ad equales & quorum neuter alteri natura aut ciuilitate subditus est: qualis est inter priuatos ciues. Alia est in excellentia constituta: que est amicitia superioris ad inferiorē vt domini ad seruum/patris ad filium/viri ad vxorem/regis ad subditos. Alia vero est amicitia in subexcellētia cōstituta: que est amicitia inferioris ad superiorem vt serui ad dominum/filii ad patrē/vxorū ad virum/subditorum ad regem. Et harum duarum que inter ineqales consistunt amicitiarum species consimiliter nominande sunt sicut species fusti pauloante declarate: vt amicitia herilis/paterna/economica/regia: aut amicitia subherilis/subpaterna/subeconomica/subregia. ¶ Deinceps vt amicitie polytice atq; ciuilis species cognoscantur: subiunguntur in littera tres reipublice species: & tres earum opposite transgressiones atq; labe. Prima reipublice species est reipublica regia. que est principatus vnus non suum proprium sed regni commune bonum intendētis. Et hec imago est ordinatissime & pulcherrime moderatiōis qua totus mundus ab vno rege regum & domino dominantium sapientissime gubernatur: qui nō proprium bonum sed creaturarum intendit/omnia eorum salutē necessaria summa prouidentia prestans. Huius autem regie Polytice tenuē vestigiū in animalibus rationis expertibus conspicitur vt in apibus: que corpore prestantissimam & alias supereminētem apem pro rege habent/quem ne seuiat aculeo priuant/defessum subleuant/volantem circumuolant/sedentem circūdant omnes stipantq; frequentes / eius auspiciis bella gerunt. Et in summa ex apum contemplatiōe natura regiam reipublicam inter homines instituisse visa est. In qua qui preest rex dicitur/ciusq; principatus: regnum. Ei opposita transgressio/tyrannis appellatur: que est principatus vnus/suum quidē proprium et non regni subditorumq; bonum intendētis. Et huius transgressiōis supremus: tyrannus dicitur/persimilis ignaui apū generi quos fucos appellant: dulciā mella apum sedulitate collecta absument/rapientiq; ¶ Secūda reipublice species est optimorum potestas: que est cum per studiosos et optimos ciuitas recte gubernat. Qualis fuit reipublica Romana per senatores viros grauissimos & virtute clarissimos diutius gubernata. Eadem greco nomine Aristocratia dicitur. Et qui in ea presunt: optimates (q; totius ciuitatis sint optimi) et magistratus dicuntur. Ei opposita transgressio / paucorum potestas atq; oligartia dicitur: et est cum per paucos & prauos non secundum dignitatem bona distribuentes ciuitas gubernatur. Et ea potissimum fit cum idigni magistratu et ambitiosi arrogāt sibi publicas dignitates: quibus ignari sint rerum virtuteq; careant. Qui distribuūt bona pro sua libidine iis qui moribus similes illis sunt aut pecuniam elargiuntur. ¶ Tertia reipublice species est censu postestas: cum scilicet per multos mediocres & diuitum & pauperum commune bonū sine personatum acceptione intendentes/ciuitas regitur. Et hec in minoribus est locis vbi multi mediocres ceteris prudentia prestantes deliguntur ad reipublice moderamen. Eadem greco nomine Timocratia dicitur. Et ei opponit popularis potestas siue democratia: que est cum per multos mediocres ciuitatem regentes solum plebelorum commune bonum intenditur. Et hec presertim contingit cum abiectior plebs & ignobile vulgus in nobilitatem insurgit: eam seditione opprimere tentat atq; pessundare. ¶ At quia amicitia circa amabile vt suum obiectum versatur: quid sit amabile/subiecta diffinitio patefacit: qua dicit esse id qd est bonū aut quod apparet bonū. Vt virtus et morū honestas amabile est: quia vere bonū est. Sicut vtilitas rerū externarū & voluptas se sui amabile ē: quia apparet esse bonū et si nō semper sit tale: quē admodū febre laboranti aqua frigida videt esse salutaris et conueniens cum ei sit noxia. Et diuidit in amabile simpliciter & amabile alicui. Amabile simpliciter est bonū simpliciter: vt doctrina et virtus. Et id vere est amabile: sicut & vere bonū

Altera diuisio eiusdē

Tres reipublice species.

Quae apes reipublice dignitatis habent vestigiū.



Amicitia

Amabile alicui est quod siue bonū sit siue nō: alicui tamē apparet bonū. vt imoderata sēſū demulcens voluptas/auida bonorū extenorū cupiditas/dignitatū fast⁹/vindictę appetitus. Hęc eni bona nō sunt: laborātib⁹ tamē intēperātie/auaritie/ambitiōis/aut iracūdie vicio bona esse vidēf. De incepto amabile sicut et bonum diuidi potest in vtile / delectabile/ & honestum: quo eodem modo prorsus diffinienda sunt sicut bonum vtile/ delectabile/ et honestum.

Questiões

- 1 Quid.
- 2 Nōne secūdū eā cōtingit multos habere amicos.
- 3 Cuius etatis viri eā maxime querūt.
- 4 Cuius cōditiōis hominibus.
- 5 Nōne per accidēs.
- 6 Vtrū eā loca tollāt.

Questiones.

- 7 An principiū eius beniuolētia sit.
- 8 An in ea plurimis opus sit amicis.
- 9 Qualis.
- 10 An ne cito solubil.
- 11 An perfecta.
- 12 In quo cōsistit.
- 13 per quid conseruať.
- 14 Nōne accusationes et querele in ea fiunt.
- 15 Quādo indiget homo vtilibus amicis.
- 16 Et vbi.
- 17 Quomodo retributio facienda est.
- 18 Nōne secūdū recipientis extimationem.

Elementa amicitie vtilis.

Et eedē questioniēs de amicitia delectabili et studiosa formari possunt.


Elementa. ¶ 2. A pluribus vtilitatē recipere cōtingit: et pluribus vtilē esse. ¶ 3. Senes. ¶ Qui nature deficiētis/indigentia subleuāte egent: maxime vtilitatis amicos querunt. ¶ 4. Inter cuiuscunq; cōditiōis hoies possunt vtilia cōmutari. ¶ 5. Diffinitio. ¶ 6. Aliqua loca commodū tollunt. ¶ 7. Principiū vtilis amicitie est vtilitas. Et beniuolentia, bonū aliquod amico, et eius gratia volumus. ¶ 8. Iis amicis quibus in amicitia bene satisfieri non potest: opus non est. ¶ 9. per accidens, imperfecta, non vera. ¶ 10. Cuius amicitie causa nō permanet: et ipsa cito solubilis est. ¶ 12. In equalitate. ¶ Sine eqlitate i amicitia accusationes ac querele fiunt. ¶ 13. per condignā retributionem seruatur vtilitatis equalitas. ¶ 14. Accusationes et querele fiunt: vbi plerūq; nō fit condigna retributio. ¶ 15. Quando est in necessitate cōstitutus. Maxime indiget homo vtilibus amicis: quando vtilitas indigentia leuat. Et ita de vbi. ¶ 17. Compensando vtilitatis equalitatem. Equalitas enī oēm amicitia saluat. ¶ 18. Retributio facienda est secūdū extimationē eius qui quantū perceperit beneficii: melius nouit.

Elementa amicitie delectabilis.

Elementa pro amicitia delectabili. ¶ 2. A pluribus delectationē recipere/ et pluribus delectabilē esse contingit. ¶ 3. Iuuenes cito labentis eui dānū nō experti: etatē habent lasciuusculā. ¶ 4. Cuiuscunq; cōditiōis viri possunt sibi mutuo delectabiles esse. ¶ 6. presentia rerū et nō absentia: oblectamē delectationemq; affert. ¶ 7. principiū delectabilis amicitie: voluptas est. ¶ 8. plurimis placere: difficile est. ¶ 9. vt in precedenti. ¶ 10. Cuius causa nō permanet: ea amicitia cito solubilis est. ¶ 11. 12. 13. 14. Eadē cū pcedētibus. ¶ 15. Quādo i anxietate ac fastidio fuerit cōstitutus. ¶ Maxime eget hō delectabilibus amicis: quando maxime delectatio iuuat. ¶ 16. 17. 18. vt precedentia.

Elementa amicitie studiose.

Elementa pro studiosa amicitia. ¶ 2. Difficile est multos longa cōsuetudine



ne pbatos: propter honestatē vehementer amare. Rari reperiuntur studiosi.
 ¶ 3. Adulce etatis. ¶ Eius etatis eā viri querūt: qui in actiuitate esse possūt.
 ¶ 4. Solis bonis. ¶ Amicitia que mutua est propter virtutē consuetudo: nō
 nisi studiosis conuenire potest. ¶ 5. Non. ¶ Diffinitio. ¶ 6. Nō oīno. ¶ Lo
 ca: probitatis mutuā beniuolentiā non tollunt neq; virtutē impediunt. ¶ 7.
 Amicitie studiose beniuolentiā principiū est. ¶ Eius amicitie qua amico pro
 pter ipsū bonū volumus: beniuolentiā principiū est. ¶ 8. Non. ¶ In ea amici
 tia vbi non contingit multos habere amicos: minime opus est plurimis ami
 cis. ¶ 9. per se / perfecta / veraq; amicitia. ¶ Amicitia qua quis ob per se / perfe
 ctum et verū bonum amatur: per se / perfecta / veraq; amicitia est. ¶ 10. Non.
 ¶ Amicitia cuius causa permanet: nō facile soluit. ¶ 12. In equalitate / boni
 tatisq; assimilatione. ¶ In eo consistit amicitia studiosa: quo non existente / sol
 uitur. ¶ 13. per bonitatis assimilationē. ¶ 14. Non. ¶ In ea amicitia qua ami
 cus propter se diligitur / et a quo nichil expetitur: non fiunt querele. ¶ 15. Sē
 per. ¶ Semper homini studioso opus est iis: quibuscum delectabiliter uiuat
 et quibus beneficia conferat. ¶ 16. Vbiq; consimiliter. ¶ 17. Secundum ele
 ctionem. ¶ Studiosi est secundum electionem operari. ¶ 18. Amicus studio
 sus in iis que retributionis extimationē habent: id quod honestum est facit.
 Honestum autem: recipienti retributionis faciende optionem relinquere.

Commodus esto.

parē gratiā referto.

Beneficiis vincere

studeto.

Vtilitatē fugacem

cogitato.

Momentaneam

voluptatem.

Tales suos amicos

coniectato.

Veram amicitiam

querito.

Inuentam colito.

Et eius amicos

obseruato.

Precepta

¶ Diffinitionibus amicitie subiuncte questiōes formari possunt de amicitia vtili / itē & delectabili /
 et postremo de honesta. & ppria vnicuiq; harū triū amicitie specierū ponunt elementa: ad ipsarū
 dissolutionē conducētia. Ideo primo de amicitia vtili per ordinē formant hoc modo.

- 1 ¶ Prima questiō. Quid amicitia vtilis. Responso. Est mutua aliquorū beniuolentia cū eos nō la
 2 teat: et boni quidē vtilis gratia. ¶ Secunda. Nonne secundū amicitia vtilē contingit multos habe
 re amicos. Responso. Contingit. Nā a pluribus vtilitatē recipere contingit / & vnū pluribus vtilē
 esse: vt vnus mercator plurib⁹ affert vtilitatē / & a pluribus itidē cū quibus habet cōmercia eā reci
 3 pit. Igitur secundū amicitia vtilē contingit multos habere amicos. ¶ Tertia. Cuius etatis viri ami
 citia vtilē maxime querūt. Responso. Senes. Nā qui nature deficientis indigentia subleuāte egēt:
 maxime vtilitatis amicos querūt. Atqui senes / nature deficientis indigentia subleuāte egent. Igitur
 senes maxime querūt amicitia vtilē / qua in defecta etate iuuenf. Eandē ob causā senes in auaritia
 4 ppensiores sunt: timentes ne premanē inopia cū vegetiores ipsos vires defecerint / ne uerū oim
 nudī deserant. ¶ Quarta. Cuius conditiōis hoibus conuenit amicitia vtilis. Responso. Cuiuslibet
 cōditiōis / & bonis & malis. Nā inter cuiuscūq; conditiōis hoies possūt vtilia cōmutari: igit amicitia
 vtilis cuiuscūq; cōditiōis hoib⁹ cōuenit sicut & sanitas & pulchritudo corporea / q̄ neq; vera est
 5 sanitas (vt ait Socrates) neq; vera pulchritudo: sed ipsi⁹ vere sanitatis atq; pulchritudinis animi si
 militudo qdā. ¶ Quinta. Nonne amicitia vtilē amicitia p accidēs. Responso. Est. Nā p amicitia vtilē q̄
 nō sui ipsi⁹ neq; boni qd̄ itra se ē / sed alteri⁹ extrinseci grā amat vt pote grā vtilitatis: igit p diffinitio
 6 nē amicitia vtilis est amicitia per accidēs. ¶ Sexta. Vtrum loca tollunt amicitia vtilem. Responso.
 Aliqua loca eam tollunt: ea scilicet que tanto distant interuallo vt non cōmode possint cōmuta
 tiones vtiliū inter ea fieri. Aliqua vero eā nō tollunt vt q̄ vtiliū cōmutationē ob viciuitatē nō im
 pediunt. Nā aliqua loca cōmodū tollunt / aliqua vero non: igit aliqua tollunt amicitia vtilē et aliq̄
 7 nō Nēpe cū cessat vtilitas: cessat quoq; ob eā cōtracta amicitia. ¶ Septima. An principiū amicitie

Questiōes
 vtilis amici
 tie.


Socrates

Amicitia

utilis/beniuelentia sit. **Rñsio.** Nō. Nā principiū utilis amicitie est utilitas: nō igitur est beniuolentia. Quippe per beniuolentiā/bonū aliquod amico & eius gratia volum⁹. In hac aut amicitia nō volumus bonū aliquod amico & ei⁹ gratia: sed dūtaxat ratio utilitatis. Igitur beniuolentia nō est principium utilis amicitie. ¶ **Octava.** An in amicitia utili plurimis opus sit amicis. **Respōsio.** Nō. Nam si amicis qb⁹ in amicitia bñ satisfieri nō potest: opus nō est. Atqui in amicitia utili nō bene potest fieri satisfactio plurimis amicis: quādoquidē difficile ē plurimis utilitatē afferre. ¶ **¶** si quis a plurimis utilitatē recipiat & eā nō referat aliis: nō firma cōstat amicitia sed p̄tin⁹ soluit. Nō igitur in amicitia vtili plurimis op⁹ est amicis. ¶ **Nona.** Qualis est amicitia utilis. **Respōsio.** Est amicitia per accidēs/imperfecta/nō vera. Quia in ea quis nō sui ipsius sed alterius gratia amat / & ipsi⁹ studiose amicitie imperfecta/nō vera. Quia in ea quis nō sui ipsius sed alterius gratia amat / & ipsi⁹ studiose amicitie sola est imago: ab illius p̄fectiōe non parū desciscēs. ¶ **Decima.** An ne amicitia utilis est cito solubilis. **Respōsio.** Est. Nā cui⁹ amicitie causa nō permanet: ipsa cito solubilis est. Atqui amicitie utilis causa nō p̄manet sc̄z utilitas: que modica fortune p̄mutatiōe cito transit atq; cessat. igitur amicitia utilis ē cito solubilis. ¶ **Vndecima.** An amicitia vtil sit p̄fecta. **Respōsio.** Nō. Nā ipsa nō est ob bonū simpliciter & p̄fectū: sed ob bonū exterius v̄puta utilitatē. Nō igitur ē p̄fecta. ¶ **Duodecima.** In quo consistit amicitia utilis. **Respōsio.** In equalitate afferēdi utilitatē aliis et ab eis recipiēdi. Nā sine huiusmodi equalitate in amicitia vtili accusatiōes ac querele fiūt. Nepe si quis plus afferat utilitatis alteri q̄ ab eo recipiat: conquerit alterū nō digne respondere suis beneficiis. Similiter si quis minus afferat cōmodi q̄ accipiat: accusat ab altero q̄ nō parē gratiā referat/neq; vt par est amico satisfaciat. Igitur in equalitate cōsistit amicitia utilis. ¶ **Decimatertia.** Per quid cōseruat amicitia utilis. **Respōsio.** Per equā & vicariā vtiliū subministratiōē/cōdignāq; retributiōē. Nā per cōdignā retributiōē seruat utilitatis equalitas: in qua dicta est cōsistere amicitia utilis. igitur per eā quoq; cōseruat amicitia utilis. ¶ **Decimaquarta.** Nonne accusatiōes ac querele fiunt i amicitia vtili. **Respōsio.** Fiunt. Nā accusatiōes ac querele in ea fiūt amicitia: in qua plerūq; nō sit cōdigna retributio. Atqui in amicitia utili nō sit plerūq; cōdigna retributio: sed nonnunq; aut plus aut minus alteri referē q̄ accipit et ediuerso. igitur in amicitia utili fiūt accusatiōes & querele. ¶ **Decimaquinta.** Quādo indiget homo vtilibus amicis. **Respōsio.** Quādo in necessitate est cōstitutus. Nā tūc maxime indiget homo vtilibus amicis: quādo utilitas indigentia leuat. At cū homo est in necessitate cōstitutus: tūc utilitas maxime leuat indigentia. igitur cū quis est in necessitate constitutus maxime indiget vtilib⁹ amicis. ¶ **Decimasexta.** Vbi indiget homo vtilibus amicis. **Respōsio.** Vbi est in necessitate constitutus. Nā eo in loco utilitas maxime indigentia leuat: igitur illic maxime indiget homo vtilibus amicis/cōsimiliter vt in p̄cedēti questione dictū est. ¶ **Decima septima.** Quomodo in amicitia vtili retributio faciēda est. **Respōsio.** Compensando utilitatis equalitatē. Nam equalitas oēm amicitia saluat. Utilitatis quidē: vtilē/voluptatis: delectabilē / & honestorū officiorū: honestā. Igitur in amicitia vtili retributio faciēda est cōpensando utilitatis equalitatē. ¶ **Decima octava.** Nonne in amicitia vtili retributio faciēda est secundum recipientis extimationē. **Respōsio.** Est. Nam retributio faciēda est secundū extimationē eius: qui quantū perceperit beneficii melius nouit. At recipiens utilitatem ab altero: melius nouit quantū ex huiusmodi bono perceperit beneficii. Nam cum eo fuerit vsus: facile cognoscit quantū utilitatis ex eo fuerit consecutus / & tantundem amico vt equa sit cōpensatio retribuere debet. igitur in amicitia vtili retributio faciēda est secundum recipientis extimationem.

Questioes
 amicitie de
 lectabilis

¶ **Secundo loco eedem questiones de amicitia delectabili sunt discutiende.** ¶ **Prima.** Quid amicitia delectabilis. **Respōsio.** Est mutua aliquorū beniuolentia / cum eos nō lateat: & boni quidem delectabilis gratia. ¶ **Secunda.** Nonne secundū amicitia delectabilem contingit multos habere amicos. **Respōsio.** Contingit. Nam a pluribus delectatiōē recipere / & pluribus delectabile esse contingit: igitur secundū delectabile amicitia contingit multos habere amicos quibuscū delectabiliter viuunt. ¶ **Tertia.** Cuius etatis viri amicitia delectabile maxime querūt. **Respōsio.** Iuuenes Nam iuuenes cito iabentis eui damnū nō experti: etatē habent lasciuiusculā / in qua familiariter aliis cōuenire/colludere atq; congregari petunt ob delectatiōē. Igitur iuuenes amicitiam delectabilem maxime querunt. ¶ **Quarta.** Cuius conditionis hominibus conuenit amicitia delectabilis. **Respōsio.** Cuiusvis: & bonis scilicet & malis. Nam cuiuscunq; conditionis viri possūt sibi mutuo delectabiles esse. Sicut enī boni ex mutua familiaritate habent delectatiōem: ita & mali vt in tēperantes et p̄digi. Igitur amicitia delectabilis cuiuscunq; cōditiōis viris cōuenit. ¶ **Quinta.** Nonne amicitia delectabilis est amicitia p̄ accidēs. **Respōsio.** Est. Nā p̄ eā q̄ nō sui ipsi⁹ sed alteri⁹ grā amat v̄pote delectatiōis: qua desinēte desinit et ei⁹ amicitia. Igitur amicitia delectabilis ē amicitia p̄ accidēs



- 6 ¶ Sexta. Vtrū loca tollāt amicitia delectabilē. Responſio. Tollunt. Nā preſentia rerū & nō abſen-
 7 tia oblectamē delectationē q̄ affert: igit̄ ex oppoſito loca abir. ac diſtātia tollūt/remouētq; ami-
 8 citia delectabilē. ¶ Septima. An beniuolētia ſit principiū delectabilis amicitie. Reſpōſio. Nō. Nā
 9 principiū delectabilis amicitie voluptas eſt: cū ppter illā primū ſumat exordiū huiusmodi amicitie.
 10 Nō igit̄ eius principiū/beniuolētia eſt: quando quidē per beniuolentiā alicui bonū volumus &
 11 eius gratia. ¶ Octaua. An in amicitia delectabili plurimis opus ſit amicis. Reſponſio. Non. Quia
 12 plurimis placere difficile eſt. Quod eni vni voluptatē affert: alteri eſt tedio. Et vt ait Perſius: velle
 13 ſuū cuiq; eſt/nec voto viuif vno. igit̄ in amicitia delectabili nō plurimis opus eſt amicis. ¶ Nona.
 14 Qualis eſt amicitia delectabilis. Reſpōſio. Eſt amicitia per accidens/imperfecta/non vera: ſicut &
 15 amicitia vtilis. Quocirca he due amicitie inter homines frequentiores ſunt: vt qui ad imperfectio-
 16 ra natura labant/amicitia autē ſtudioſa rarior. ¶ Decima. Eſt ne amicitia delectabilis cito ſolubi-
 17 lis. Reſponſio. Eſt. Nā amicitia cuius cauſa nō pmanet: cito ſolubilis eſt. Delectabilis autē amicitie
 18 cauſa nō pmanet vt pote voluptas: que eſt momentanea & fluxa. Igit̄ et ipſa delectabilis amicitia
 19 cito ſolubilis eſt. ¶ Vndecima. An amicitia delectabilis ſit perfecta amicitia. Reſponſio. Non. Nā
 20 ſit ob imperfectū quiddā ſc̄ voluptatē et delectationē corporeā: quare vt nona q̄ſtiōe dictū eſt/ eſt
 21 imperfecta: igit̄ nō eſt perfecta. ¶ Duodecima. In quo cōſiſtit amicitia delectabilis. Reſpōſio. In equalita-
 22 te afferēdi delectationē & eā recipiēdi. Nā ſine equalitate in amicitia delectabili accuſatiōes ac q̄-
 23 reſe fiunt: per quas ſoluit̄ amicitia. Cōquerit̄ eni vnus de altero q̄ nō tanta ſibi affertur delectatio
 24 quantā preſtat alteri: igit̄ amicitia delectabilis conſiſtit in equalitate delectatiōis mutue. ¶ Deci-
 25 matertia. Per quid conſeruaſ amicitia delectabilis. Reſpōſio. Per condignā delectationis retribu-
 26 tionē. Nā per condignā retributionē ſeruaſ voluptatis equalitas/in qua cōſiſtere dicta eſt hec ami-
 27 citia: igit̄ per condignā huiusmodi retributionē ſeruaſ dicta amicitia: quādo ſc̄ quis alteri tantū
 28 retribuit delectatiōis quantū ab eo acceperit. ¶ Decimaquarta. Nonne accuſationes ac querele
 29 fiunt in amicitia delectabili. Reſponſio. Fiunt. Nā accuſationes ac querele in ea fiunt amicitia: vbi
 30 plerūq; non ſit condigna retributio. Si q̄de q̄rele ex retributiōis ieq̄litate inter hoies plerūq; obori-
 31 unt̄. In amicitia autē delectabili interdū non ſit cōdigna retributio/minusq; delectatiōis repēdi-
 32 tur q̄ acceptū fuerit: igit̄ in amicitia delectabili nonnunq̄ accuſatiōes et querele fiunt. ¶ Decima-
 33 quinta. Quando indiget homo delectabilibus amicis. Reſpōſio. Quando in anxietate ac faſtidio
 34 fuerit conſtitutus. Nam tunc maxime indiget homo delectabilibus amicis/quando maxime de-
 35 lectatio ſuauat. At cum homo in anxietate et moleſtia animi conſtitutus eſt: tunc eum maxime de-
 36 lectatio ſuauat: que eſt vt leuamen & lenimentū quoddā egritudinis animi: igit̄ cū homo eſt in an-
 37 xietate & faſtidio cōſtitutus/tum maxime indiget delectabilibus amicis. ¶ Decimaſexta. Vbi in-
 38 diget homo delectabilibus amicis. Reſponſio. Vbi in anxietate & tedio animi fuerit poſitus. Nā
 39 eo in loco potiſſimū delectatio ſuauat: igitur illic homo huiusmodi amicis ſūmopere indiget/ quē-
 40 admodū & in precedente queſtione dictū eſt. ¶ Decimaſeptima. Quomodo in amicitia delecta-
 41 bili retributio faciēda eſt. Reſponſio. Compensando delectationis equalitatē. Nā equalitas om-
 42 nem amicitia ſaluat: vt equalitas delectationis amicitia delectabilē. igitur in ea debet fieri retribu-
 43 tio compensando delectationis equalitatē. ¶ Decima octaua. Nonne in amicitia delectabili retrī-
 44 butio faciēda eſt ſecundū recipientis extimationē. Reſponſio. Eſt. Nā in ea retributio faciēda eſt
 45 ſecundū extimationē eius: qui quantū perceperit delectatiōis/melius nouit. Atqui recipiens/ quā-
 46 tū voluptatis acceperit melius cognouit: ſecundū eius. igitur extimationē in hac amicitia retribu-
 47 tio faciēda eſt et non alterius. ¶ Tertio loco cedem queſtiones de amicitia ſtudioſa diſſoluēde
 48 ſunt. ¶ Prima. Quid amicitia ſtudioſa. Reſpōſio. Eſt mutua aliquorū beniuolētia cū eos non la-
 49 teat: et boni quidē honeſti gratia. Et eodē modo quecunq; diſſinita ſunt: per ordinem querantur/
 50 eorumq; diſſinitiones pro reſponſione adducantur. ¶ Secunda. An ſecundū amicitia ſtudioſam
 51 contingit multos habere amicos. Reſponſio. Non. Nam difficile eſt multos longa conſuetudine
 52 probatos propter honeſtatē vehementer amare. Vt autem eidem multi ſint amici ſtudioſi: oportet
 53 multos longa conſuetudine probatos propter honeſtatē vehementer amari. igitur ſecundū
 54 amicitiam ſtudioſam non contingit multos habere amicos. Preterea rari & pauci admodū repe-
 55 riuntur ſtudioſi: non igitur contingit eidem multos eſſe huiusmodi amicos. ¶ Tertia queſtio.
 56 Cuius etatis viri amicitiam ſtudioſam maxime querunt. Reſponſio. Adulte etatis. Nam eius eta-
 57 tis eā viri querunt: qui macti/perfectiq; virtute eſſe poſſunt. Atqui adulte etatis viri macti et con-
 58 ſummata virtute eſſe poſſunt: igitur adulte etatis viri eam maxime querunt. ¶ Quarta queſtio.
 59 Cuius conditionis hoibus conuenit amicitia ſtudioſa. Reſponſio. Amicitia ſtudioſa cōuenit ſolis

Perſius.

Queſtiōes
amicitię ſtu-
dioſe.

bonis. Nā amicitia q̄ mutua est, ppter virtutē cōsuetudo: nō nisi studiosis cōuenire potest. Sed ami-
 citia studiosa est mutua ppter virtutē cōsuetudo: igit̄ ip̄a nō nisi studiosis cōuenire potest. ¶ Quinta
 An amicitia studiosa sit amicitia p accidēs. Respōtio. Non. Nā ipsa est amicitia qua quis gratia suis
 ipsius & boni quod intra se est, & nō alterius gratia amat: igit̄ est amicitia per se, non est igitur ami-
 citia per accidens. ¶ Sexta. Vtrū loca tollunt amicitia studiosam. Respōtio. Non omnino. Nam
 loca, probitatis mutuā beniuolentiā non tollunt neq; virtutē impediūt: igitur locorum interstitia,
 atq; itercaedines nō oīno tollūt amicitia studiosā. At vero quīs beniuolentiā primū amicitie stu-
 diose efficiū nō tollāt: tamē duo cetera ei⁹ officia scz beneficentiā & cōcordiā impediūt. Nō enī patit̄
 locorū interuallū atq; distātia: vt amici studiosi mutua virtutū officia alterutri exhibeāt, & studio
 se conuatiāt: eadē volentes, eadēq; eligētes. ¶ Septima. Nōne principiū amicitie studiose beniuo-
 lentia est. Respōtio. Est. Nā eius amicitie qua amico ppter ipsū/bonū volumus: beniuolētia prin-
 cipiū est. Sed amicitia studiosa est amicitia qua amico ppter seipsū/bonū volum⁹: igit̄ amicitie stu-
 diose beniuolētia principiū est. ¶ Octaua. An in amicitia studiosa plurimis opus sit amicis. Respō-
 tio. Nō. Nā in ea amicitia vbi nō cōtingit multos habere amicos: minime op⁹ est plurimis amicis.
 Sed in amicitia studiosa nō cōtingit multos habere amicos, vt secūda q̄stio ostēdit. igit̄ in ea mini-
 me op⁹ est plurimis amicis. ¶ Nona. Qualis ē amicitia studiosa. R̄sio. Est p se/pfecta: veraq; ami-
 citia. Nā amicitia qua qs ob p se/pfectū/et verū bonū amat: per se/pfecta/ veraq; amicitia est. Sed
 amicitia studiosa est amicitia qua qs ob p se/pfectū/& verū bonū amat scz ob virtutē: que sola ho-
 minis bonū existimari debet/et quidē p̄riū & peculiare. Externa autē bona sicut facile afferūtur
 culq; ita & auferunt. proinde nō vera & pfecta bona cēsenda sunt: sed verorū honorū vmbre que
 dā & imagines. Hinc Bias Prieneus vn⁹ ex septē sapiētib⁹ cū patria ab hostib⁹ capta ceteri fugerēt/
 et p̄ciosissima queq; secū auferrēt: interrogat⁹ a quodā cur idē ipse nō facerēt: respondit. Et id quidē
 facio. Nā oīa mea mecū porto. Sua quidē vocauit bona: virtutē et doctrinā qb⁹ admodū excellēs
 fuit. Extera autē bona ne sua quidē putauit: vt inquit Cicero in eo Paradoxo quo pponit: quod ho-
 nestū ē id solū bonū esse. Igit̄ amicitia studiosa est p se/pfecta/veraq; amicitia. ¶ Decima. An ami-
 citia studiosa sit cito solubilis. Respōtio. Nō. Nā amicitia cui⁹ causa pmanet: nō facile soluit̄. Ami-
 citie autē studiose causa pmanet vt pote virtus: que (vt inquit Salust⁹) clara eternaq; habet. igitur
 ipsa nō facile soluit̄. ¶ Vndecima. Nōne amicitia studiosa est pfecta amicitia. Respōtio. Est. Nam
 ipsa est ob bonū pfectū scz virtutē: igit̄ ipsa est pfecta/quē admodū nona quoq; q̄stione dictū est.
 ¶ Duodecima. In quo cōsistit amicitia studiosa. Respōtio. In equalitate/ bonitatisq; assimilatiōe.
 Nā in eo cōsistit amicitia studiosa: quo nō existēte/ipsa soluit̄. Nō existēte autē equalitate & boni-
 tatis assimilatiōe/ipsa soluit̄: igit̄ in equalitate & bonitatis assimilatiōe consistit amicitia studiosa.
 ¶ Decimatertia. Per quid cōseruat̄ amicitia studiosa. Respōtio. Per bonitatis assimilatiōē. Nam
 q̄ diuynus amicorū alteri bonitate silis pmanet: durat amicitia. Qz si alter eorū a bonitate pristina
 desciscat et moribus alteri dissilis euadat: soluit̄ inter eos amicitia/ vt sequētia ostendēt. igit̄ amici-
 tia studiosa cōseruat̄ p bonitatis assimilatiōē. ¶ Decimaquarta. An accusatiōes et q̄rele fiant in
 amicitia studiosa. Respōtio. Nō. Quia in amicitia studiosa amicus ppter se diligit̄, & ab eo nichil
 expetit̄: igit̄ in ipsa non fiunt q̄rele. Siquidē in ea amicitia qua amicus ppter se diligit̄/et a quo ni-
 chilexpedit̄: nō fiunt q̄rele. ¶ Decimaquinta. quādo indiget homo studiosis amicis. Respōtio. Sem-
 per. Nā semp hoi studioso opus est iis: quibuscū delectabiliter viuat/et quibus beneficia cōferat.
 Igit̄ semper indiget homo amicis studiosis. ¶ Decimasexta. Vbi indiget homo amicis studiosis.
 Respōtio. Vbiq;. Nā vbiq; hoi studioso opus est illis quibus delectabiliter cōuiuat/ et beneficia ex-
 hibeat. Tales autē sunt amici studiosi: igit̄ vbiq; indiget homo studiosis amicis. ¶ Decimasep-
 tima. Quomodo in amicitia studiosa retributio facienda est. Respōtio. Secundū electionē. Nam
 studiosi est secundum electionem operari: igitur & secundum electionem facienda est retributio
 et vicaria officiorū exhibitio/quē admodū scilicet recta ratio definierit. ¶ Decima octaua. Nonne
 in amicitia studiosa retributio facienda est secundū recipientis extimationē. Respōtio. Est. Nam
 amicus studiosus in iis que retributionis extimationem habent: id quod honestum est facit. Ho-
 nestum autem est recipienti retributionis faciende optionem relinquere: igitur in amicitia studio-
 sa retributio facienda est secundum recipientis extimationem.

Precepta.

¶ Primū p̄ceptū ad amicitia vtilē spectat: monetq; nos aliis cōmoditatē eē debere. Et cū ab aliis
 beneficia acceperim⁹: secūdo p̄cepto admonemur parē gratiā referre/ & equo bñficio acceptū re-
 pendere. Tertiu p̄cipit vt enitāmur alios meritorū multitudine superare/plura in ipsos beneficia
 cōferēdo q̄ ab eis recipiēdo: quando quidē potius virtutis est beneficia conferre q̄ suscipere. Quar-

tū monet in rebus externis vtilib⁹ nō esse figendū animū: quia fugaces sunt & euanide. Sicut quintū docet voluptati plus equo nō esse intendendū: quia momentanea est & vt fūmus/trānsiens. Quales autē sunt vtilitas & voluptas/tales pfecto sunt amici vtilēs & delectabiles: vt pote fugaces & momentanei/in p̄speritate amicitia p̄ferētes: in aduersitate vero diffugiētes more hirudinū que estate/placido quidē tēpore accedūt: hycme vero pulse recedūt. Proinde in huiusmodi amicis fiducia et spem non oino collocandā esse: sextū p̄ceptū insinuat. Septimū vero amicitia studiosā (que sola amicitiarū vera est) querendā esse pponit. Octauū: eā cū inuenta fuerit diligentius colendā. Non nū vero: cius amicos esse obseruādos. Nā fidei integritate & in p̄speris & in aduersis semp̄ in amicitia p̄manēt. Quod exemplo Damonis et Pythie Pythagoricorū Valerius liquido ostēdit. Qu. i. cū vnū Dionysius Syracusan⁹ interficere vellet: atq; is tēpus accedēdi domū vt suis valediceret a tyranno peteret/alter se vadem constituere pro reditu amici Dionysio non dubitauit. Appropinquante definito die nec illo qui abierat redeūte: vnusquisq; stultitie tā temerariū sponfore dānabat/q; caput suū tali discrimini pro amico non satis fido submiserat. Eadē vero hora a Dionysio cōstituta qui domū pfectus fuerat superuenit: & date fidei satisfecit/ sociūq; piculo exemit. Admiratus amborū animū tyrannus vtrūq; liberauit: suppliciiq; remisit. Insup petiuit vt se in societate tā vere amicitie tertiu admitterēt. Eniuero he vires sunt integre atq; pfecte amicitie (vt pergit Valerius) mortis contēptū inducere/vite dulcedinē fidei posthabere/crudelitātē mansuefacere/odiū in amorem conuertere/penam beneficio compensare.

Quales sūt amici vtilēs et delectabiles.

Damon
Pythias
Valerius
Dionysius
Syracusan⁹

Vid amicitia que in excellentia: et quid ciuili iam diximus.

Amicitia in
excellētia.
VIII
Questiōes.

- | | | | |
|---|---|----|--|
| 1 | Quid. | 7 | patris ne ad filiū dicare filiū. |
| 2 | Quot ciuili amicitie species. | 8 | an contra/ maior sit amicitia. |
| 3 | Quot ipsis siles. | 9 | Qualis. |
| 4 | Nonne amicitie superioris ad inferiorē et cōtra: specie differūt. | 10 | An pater/an ne mater potius filios amat. |
| 5 | Vtra/paterna amicitia an regia maior sit. | 11 | Quid viri et vxoris cōiunctionē conseruat. |
| 6 | An in tyrannide sit amicitia. | 12 | An licet filio abdicare patrē. |
| | | 13 | An patri licet abdicare filiū. |
| | | 14 | Cur beneficiū cōferens magis eū cui beneficiū contulit q̄ contra: diligit. |
| | | 15 | An oīa patri sint exhibenda. |
| | | 16 | Cur potius ea que ad vite sustentationem. |
| | | 17 | Quando prestanda sunt. |
| | | 18 | Et vbi. |

¶ 2. Tres: regia/optimatū/et censu potentū. ¶ 3. Tres: herilis/paterna/economica. ¶ 4. Amicitie que diuersa opera habent et ratiōes amādī diuersas: specie dissidēt. ¶ 5. Amicitia qua amatus plura ac maiora bona suscipit/major est. recipiunt liberi a parentibus et esse et vite sustentationē. ¶ 6. Vbi non est iustū: et vbi qui preest inferiorū bonū non intēdit/sed sibi vsurpat: amicitia non est. ¶ 7. Quanto quis magis cognoscit: magis diligit. et artifex magis opus suū diligit q̄ contra ab opere diligať. ¶ 8. Quedā vtilis/quedam delectabilis/et que dam honesta. ¶ 9. Qui maiore labore bona sibi cōquiserūt: et ipsa magis diligunt. ¶ 10. Proles. ¶ 11. Id viri & vxoris cōiunctionē saluat: cuius carētia soluetur ¶ 12. Qui semp̄ ad benefaciendū manet obligatus: ei abdicare nō licet. Abdicare enī est aliquē omnino neq; curā eius gerendo/neq; beneficiū vllū prestādo: relinquere. ¶ 13. Cui debetur: abdicare licebit. ¶ 14. Qui beneficiū contulit: est vt artifex. ¶ 15. Alia sunt exhibenda deo/alia principi/

Amicitia

optimatibus/parentibus/ equalibus/ et inferioribus. ¶ 15. Quae filii a parentibus susceperunt: ut fieri potest et eis eadem prestare consentaneum est. Deo atque parentibus dignum nemo unquam reddere potest.

Precepta

princeps subditos amato.

Et subditi principem reuerantur.

Magistratus populū dirigito.

Et populus obedito.

Ciues ciuibus concordanto.

Humane seruos tractato.

Et serui dño parēto.

Liberos/ familiamque curato.

Liberi famuli que obsequuntur.

In thori societate concors uiuio.

¶ Superiorū amicitie iura.

Inferioribus benefacito.

Doceto/ precipito.

Et omnino in bonū

dirigito.

¶ Inferiorū officia.

Superioribus bona cupiunto.

Grati/ beniuoli que sunt.

Dociles se prebento.

Libenter parento.


Beate uiuere assuescunto.

Amicitia in excellentia

q

Via paulo ante diffinita est amicitia in excellētia/ subexcellētia & ciuilibus: ideo ad quæstiones dissoluendas que de ipsis formantur accedendum est. ¶ Prima, quid amicitia ciuilibus. Responso. Est amicitia moderantis reipublicæ ad eos qui suo moderamini subsunt. Et amicitia in excellentia est que est superioris ad inferiorē. In subexcellētia uero: que est inferioris ad superiorē. Posita est tamen prius in littera diffinitio amicitie in excellētia constitute utraq; harū specierū comprehendens sub disiunctione: sed cōior ea est huiusmodi amicitie ratio/ altera uero specialior. ¶ Secunda. Quot ciuilibus amicitie species. Responso. Tres: scilicet regia/ optimatū/ et cōsuperotētū. Nā tot sūt ciuilibus amicitie spēs/ quot sūt species reipublice: tres autē sūt spēs reipublice/ ut prius dictū est: igitur totidē sunt ciuilibus amicitie species. ¶ Tertia. Quot sunt species amicitie similes speciebus amicitie ciuilibus. Responso. Tres: scilicet herilis/ paterna/ et economica. Nā ut amicitie ciuilibus species sunt superiorū ad inferiores/ scilicet moderantiū reipublicæ ad eos qui regunt: ita quoque amicitia herilis/ paterna/ et economica sunt inter inæquales et superiorū ad inferiores. Et eodem modo de tribus amicitie subciuilibus speciebus et amicitia subherili/ subpaterna/ & subeconomica est dicendum: quia adinuicē assimilētur/ quia oppositorū eadē est disciplina. ¶ Quarta. Nonne amicitie superioris ad inferiorē & contra inferioris ad superiorē specie differunt. Responso. Differunt. Nā amicitie que diuersa opera habent et rationes amandi diuersas: specie dissident. Amicitie autē superioris ad inferiorē & inferioris ad superiorē diuersa habent opera atque officia/ et rationes amandi diuersas. Superiorū enim est precipere & dirigere: inferiorū uero parere & dirigere/ quæ admodum officiorū precepta clarius ostendent. igitur amicitie superioris ad inferiorē & contra/ ut regis ad subditos & subditorū ad regem: specie differunt. ¶ Quinta. Vtra/ paterna amicitia an regia: maior sit. Responso. Amicitia paterna. Nam amicitia qua amatus plura ac maiora bona recipit: maior est. Atqui in amicitia paterna ipse amatus plura ac maiora bona recipit quā in amicitia regia. Recipiunt enim liberi a parentibus & esse & uite sustentationē. Subditi autē a rege nec esse nec uite sustentationē recipiunt: quin potius rex a suis subditis alitur et sustentatur/ igitur amicitia paterna est maior quā amicitia regia. Maior iquā ratione beneficentiæ/ naturalis que originis: & non ratione excellētie. Nam excellētiore est & digniore amicitia regia quā paterna. ¶ Sexta. An in tyrannide sit amicitia. Responso. Non. Quia ubi non est iustitiam/ & ubi qui preest inferiorū bonū non intendit sed sibi usurpat: amicitia non est. At in tyrannide non est iustitiam: imo summa iniustitia & illegitima. Et qui in ea preest/ inferiorū bonū non intendit sed sibi usurpat. ut Dionysius Syracusanus diripuit bona suorum ciuiliū. Et cum alicuius diuitis et p̄biviri diuitiis inhiabat: insimulasse illū lese maiestatis aut p̄ditionis dicitur quo honestā videtur occasione nactus opes eius diripiendi. Quibus autē sui mores cogniti erāt: oblata tyranno grādi pecunia se falso crimine absoluerunt/ nec amplius ab eo infestati sunt. igitur in tyrannide non est amicitia. Quinimo sicut tyranni eis quos indigne opprimunt sūt timori: ita quoque & suos timēt. Quāobrem legitur Dionysius Syracusanus suspectū habēs populū in quem tyrannidem exercebat & timens ne quis uite eius insidiaretur: filias suas docuisse

Dionysius Syracusanus



- 7 tondēdi artem/non ausus se tonforum manibus committere. Quod etiam in adolescentibus illis non amplius fidens viuo carbone barbam sibi exussisse dicitur. ¶ Septima. Patris ne ad filium an contra filii ad patrem maior sit amicitia. Responso. Patris ad filium maior est amicitia. Primo: quia quanto quis magis cognoscit amatum: magis ipsum diligit: sed pater magis cognoscit filium quam filius patrem. Discernit enim distincte pater filium proprium ab alieno. Filius autem non ita patrem suum internoscit quinimo eum a quo nutritur patrem vocat: igitur pater vehementius amat filium quam filius patrem. Secundo. Artifex magis opus suum diligit: quam contra ab opere suo diligitur. Pater autem est ut artifex: et filius ut opus eius. igitur pater magis diligit filium quam contra filius patrem. Et id in homine vestigium est. Quod signum maiorem esse amorem dei veri et benignissimi patris ad creaturas quam ediverso creaturarum ad deum: quod deus magis cognoscat eas: atque ipsarum sit optimus et sapientissimus auctor. Et sane tanto amor dei in homines maior est quam hominum in deum: quanto deus ipse hominibus prestat: et quanto celestia sensibus percipiunt. Et cum dei in homines sincera dilectio/charitas dicatur: ut mutuus sit amor debet homo feruente itidem charitate ferri in deum: que ad hanc virtutem reducitur. imo vero est supra amicitiam studiosam. ¶ Octava. Qualis est amicitia civilis. Responso. Quedam est utilis: que est utilitatis gratia. Quedam delectabilis: et gratia voluptatis. Quedam vero honesta: que est gratia honesti et virtutis.
- 9 ¶ Nona. An pater: an ne mater potius filios amat. Responso. Mater. Nam qui maiore labore bona sibi consequuntur: et ipsa magis diligunt. At mater multo maiore labore sibi filios consequitur quam pater: labore inquam et molestia gestandi fetum in utero: grauissimo dolore et angustia parandi: necnon diligentiore cura nutriendi. Pater autem solam habet educationis sollicitudinem communem cum matre: igitur mater potius filios amat quam pater. ¶ Decima. Quid viri et uxoris coniunctionem conseruat. Responso. Proles. Nam prolis carentia: viri et uxoris coniunctio soluitur: fitque inter eos diuortium cum precipuum coniugij finem assequi non possunt. Igitur proles: viri et uxoris coniunctionem conseruat. Siquidem illud viri et uxoris coniunctionem saluat: cuius carentia eorum societas soluitur. ¶ Undecima. An filio licet abdicare patrem. Responso. Non. Nam qui semper ad benefaciendum manet obligatus: illi abdicare eum cui obligatus est: non licet. Abdicare enim est aliquem omnino: neque curam eius gerendo neque beneficium vllum prestando: relinquere. Sed filius semper manet obligatus ad benefaciendum patri: cum ipsi nunquam possit dignam gratiam referre: neque equa beneficiorum retributione satisfacere. igitur non licet filio abdicare patrem: quinimo in omnibus necessitatibus debet ei subuenire: et pro viribus illi beneficia exhibere.
- 12 ¶ Duodecima. Nonne patri licet abdicare filium. Responso. Licet. Nam cui debetur: abdicare licebit. Pater autem est cui a filio semper beneficium debetur: licet igitur patri abdicare filium: vbi iusta abdicacionis causa fuerit utpote quod filius sit honorum patris dissipator: flagitiosus: contumax: insolens in patrem: aut scelestus in eum manus iniiciens. Non itaque preter rationem euenit quod pater celestis: eterni regni hereditate abdicet improbos et pueros: mandatorum suorum transgressores: et in eum blasphemos. Quis enim natura filij sint ipsius: suo tamen patri iurij et inobedientes: illi consortio sunt indigni.
- 13 ¶ Decimatertia. Cur beneficium conferens magis eum cui beneficium contulit quam contra: diligit. Responso. Quia qui beneficium contulit: est ut artifex: qui autem accepit: ut opus. Artifex autem magis opus suum diligit: quam contra ab opere quamvis ratione et intellectu participante: diligitur. Eam igitur ob causam beneficium conferens et qui de altero bene meritus est: magis eum qui beneficium accepit diligit: quam contra ab eo diligatur. ¶ Decimaquarta. An omnia patri sunt exhibenda. Responso. Non. Nam alia sunt exhibenda deo: alia principi: alia optimatibus: parentibus: inferioribus. Deo enim summus amor exhibendus est ex toto corde: et ex tota anima: eidem summa debetur reuerentia: summus honor: et timor. Principibus ut dei vicariis debetur obedientia et honor pro ipsorum dignitate: et ita de ceteris ut precepta officiorum ostendunt. Non igitur omnia patri sunt exhibenda. ¶ Decimaquinta. Cur potius ea que sunt ad vite sustentationem: patri a filiis sunt exhibenda. Responso. Nam que filij a parentibus susceperunt: ut fieri potest et eis eadem prestare consentaneum est. Sed filij a parentibus susceperunt ea que sunt ad vite sustentationem utpote alimenta et educationem: igitur rationi consonum est filios itidem patri exhibere ea que sunt ad vite sustentationem. Cuius exemplum natura nobis in Ciconijs reliquit: Ciconie. que parentes suos etate confectos et ad querendum victum impotentes solo nature instinctu edoce educant: et diligentius nutriunt. Quis autem filij a parentibus susceperint esse: non tamen illud eis retribuere possunt. quare parentibus dignum nemo unquam reddere potest. Quod si parentibus secundum carnem non potest fieri condigna retributio: quo igitur pacto fiet ipsi patri celesti: qui non solum corpus suis organibus et contemperamentis ordinatissime distinxit: verum et animam dedit diuinorum capacem: ratione atque intellectu preeditum: suamque imagine expressius signatum. Neque infirmioris tantum etatis tempore ut infantie nobis alimenta subministrat: quin etiam toto vite tempore. Preterea totam hanc sensibilem machinam

nostro vsui accōmodo subiecto: oia pedibus nostris beneficentissimus et optimus pater. non quidē nostris meritis ad tantā inuoluntariā munificentiam astrictus atq; inductus: quoniā nulla in eū p̄stitimus officia quibus nobis esse possit obuinct⁹/sed ip̄e prior suis nos beneficiis deuinxit. Quēadmodū igit oculus nunq̄ aliquid fecit ob quod sol eū debeat illustrare: sic nec homo quicq̄ dignum vnq̄ prelitit p̄pter quod hec machina sensibilis ei obsequi debeat: sed id totū diuine bonitati acceptum referri debet. Verū id vnū sūmope deplorandū est et dolendū: q̄ nō exhibemus nos ipsos tales ei filios qualē se nobis patrē prestat. Optimus eni est: nos cōtra mali. Benignus est: nos rebelles. Amprobi. Dulcissimus est: nos duri et inhumani. Ip̄e misericors: nos imāfecti. Insup sanctissimus est: nos imundi: et vt breuib⁹ absoluā certe tam bono et pio patre sumus indigni: si modo nō enitamur (vt bonos filios decet) ei melius assimilari. Cui cū ea que ad vite sustentationē sunt exhibere non possimus (nā bonorū nostrorū minime indigus est) ei summū honorē/summā charitatē/reuerentiā et timorē (nam id solū a nobis ei p̄stari potest) exhibere debem⁹. Nunq̄ tū dignū ei neq; suis in nos beneficijs equiuales reddere possumus: tanto sane minus q̄ patri carnali/quāto in nos est beneficentior: quare semp̄ inanemus obligati ad ei pro nostro modulo bñfaciendū. Et quicq̄d boni fecerimus: serui adhuc inutiles sumus/et quod debuimus facere/id solū fecerimus. Imo vero preclare nobiscū agere si eorū que debemus facere ip̄i vel minimū quiddā facerem⁹: et nō sepius ea cōmitteremus que facere non debemus sed prohibemur. Quare nō debetur cuiq̄ pro suis meritis celeste regnū sed ex summa dei bonitate tantū cōcedi: qui preter merita nostra cōmunicat nobis exuberantissimā sue bonitatis participationē/modo ad sui imitationē p̄ viribus aspirauerim⁹.


Q. deo nūq̄ dignū aliqd reddere possumus.

¶ Decimasexta questio. Quando beneficia sunt patri exhibenda. Respon̄io. Quando oportet et honesta prestandi datur occasio. ¶ Decimasextima. Vbi sunt beneficia patri exhibēda. ¶ Respon̄io. Vbi oportet: et res ipsa exigit/efflagitatq; necessitas. ¶ Primū preceptū amicitia regia que principis est ad subditos cōcernit/secundū: subregiā que est subditorū ad principē. ¶ Tertiu amicitia Aristocraticā q̄ est optimatū ad populū quē moderā/ similiter et Timocraticā q̄ est censu potētū ad populū quē dirigunt. Nam et optimates in Aristocratiā et censu potentes in Timocratiā: magistrat⁹ dicunt. Quartū vero spectat ad amicitia subaristocraticā q̄ est populi ad optimates/ et ad subtimocraticā q̄ est ppli ad censu potētes. Quintū spectat ad amicitia equalitatis sc̄z ciuū inter se. Sextū ad amicitia herilē/ septimū vero ad subherilē. Octauū p̄tinet ad amicitia paternā/ nonū ad subpaternā. Decimū ad economicā et subeconomicā q̄ inter eos est qui cōnubio adinuicē iuncti sunt sc̄z virū et vxorē. Vnde bruta aialia vident⁹ hoibus quod dāmō indicare legē cōiugij: vt colūbe suū sequunt⁹ colūbū/et passerula suū passerulū/atq; turtur suū cōiugē. Illa tamē nō est nisi quedā scriptura i libro nature ad hois eruditionē facta: et quedā similitudo siue imago veri cōiugij quod est inter homines. Deinde ponunt officia amicitie in excellentia et superiorū: quorū munus est inferioribus benefacere/illis precipere/ ipsos docere atq; in bonū dirigere non solū verbo: verū etiam beate et honeste vite exemplo. Debent eni superiores inferiorib⁹ virtute sicut et dignitate prestare. Hinc regnū in republica regia nō hereditaria successione: sed p̄ electionē potius cuiq̄ designari debere videt⁹. Nam probo patri potest improbus esse filius et regno moderādo idoneus. Electione autē recte facta et legitime: nō nisi qui aptus esset regno constituere rex. Quēadmodū Solinus de Taprobana insula Indie dicit: q̄ in regis eius electione nō nobilitas preualet sed suffragium vniuersorum. Populus eni eligit spectatū moribus/et inueterata clementia: et iam annis grauē. Sed is tantū rex cōstituitur: cui liberi nulli sunt. Nam qui pater fuerit/ et si vita spectet: nō admittit ad regendum. Et si forte dum regnat/ pignus sustulit: exiit potestate/ ideoq; maxime custodiē ne fiat hereditariū regnū. Postremū explicant officia amicitie in subexcellētia et inferiorū: ad quos spectat superioribus bona optare/ in eos grato beniuoloq; animo esse/ dociles se prebere atq; ad eruditionē faciles/ libenter eis parere/ et beate vite p̄ bonas opationes virtutūq; officia assuescere.

Solinus.
taprobana.
India.

Studiosa
amicitia
VIII

Ve ob virtutē amicitia sit: dicū est. Cuius tria sunt opera: beniuolentia/ beneficentia/ concordia. Beniuolentia est cum quis alicui et illius quidem gratia bonū vult. Beneficentia: cum que bona sunt/ aut bona putat: alicui/ et illius quidem gratia voluntarie facit. Concordia vero: cum quis alicui conuiuens eadem eligit/ iisdem gaudet/ et iisdem quoq; tristatur. Vere amicitie sex pprietates. est per se amicitia. maxima amicitia. permanens. perfecta. optima. rara.



- 1 Quid.
 2 Nonne tria amicitie opa: studio ad se conueniunt.
 3 Nonne studio ad amicum.
 4 Nunquid prauis ad se.
 5 Quot amicitie interiores actus.
 6 Quis eorum potior
 7 Circa quem magis
 8 An honorari prestabilius sit quam amari.
 9 Nunquid postquam amicus factus est prauis: debet studiosus amicus manere.
 10 Nunquid iterum si amicum alter ab ineunte etate puer maneat: alter uero uirtute proficiens uir optimus euadat: manere debet amicitia.
 11 Qualibus amicis opus est felici.
 12 Ad ualibus/aut delectabilibus.
 13 Quare amicorum uera amicitia: bonitatem adauget.
 14 Cur malorum prauitas eorum amicitia e diuerso augetur.
 15 Quando amicorum presentia delectabilis est: et utendum est amicis.
 16 Et ubi.

Questiones
amicitie stu
diose.

¶ Elementa. ¶ 2. Studiosus sibi ipsi bonum uult/et sui ipsius gratia. et sibi que bona sunt/aut bona putat: uoluntarie facit. et secum conuiuens eadem eligit/ iisdem gaudet/et iisdem quoque tristatur. ¶ 3. Studiosus sese habet ad amicum: perinde atque ad seipsum. est enim alter ipse. ¶ 4. Pravi non sibi bona uolunt. Nam expletionem suarum uoluptatum uolunt. neque sibi bona uoluntarie faciunt: cumulant enim uoluntarie mala malis. et secum continue dissident. ¶ 5. Tres: Actus beniuolentie/ beneficentie/ et concordie. quibus et tres respondent exteriores. ¶ 6. actus concordie. ¶ 7. potior est amicitie actus: quem amici in quacunque fortuna constituti/ magis expetunt. ¶ 8. Circa actum concordie. ¶ 9. Circa potiore actum: magis uersatur amicitia. ¶ 10. Amari prestabilius est. ¶ 11. Quod est per se: prestabilius est. ¶ 12. Amicitia studiosa est solum inter bonos. ¶ 13. Inter eos manere non debet amicitia: inter quos amicitie opa exerceri non possunt. ¶ 14. Studiosis. ¶ 15. Opus est felici iis quibus beneficia conferat/ et quibuscumque delectabiliter uersetur/ iocundeque conuiuat. ¶ 16. Cuius uita secundum se sufficiens est: utilium bonorum abundantiam/ et uitam secundum se delectabilem habens: ualibus amicis et delectabilibus non eget. Felicitas/ hominis operatio est secundum uirtutem et in uita perfecta. ¶ 17. Studiosi amici conuiuunt: et beate uite alter ab altero plenius assumit exemplum. ¶ 18. Mali uero ad inuicem secundum corruptas operationes conuiuentes: accipiunt alter ab altero prauitatis consuetudinem. ¶ 19. 20. Ad prosperas fortunas: proptereuocato amicum/ ad aduersas tarde. Quando cum sui pauca perturbatione possunt amici multo presidio esse: maxime uocandi sunt. Ad amicum infortunium pressum: non uocatus accede. Amicum bene fortunatum (ut secunde fortune congratuleris et officium prestes) adito. Ad beneficia suscipienda: quam prestanda tardior esto.


Elementa

Amicos ut te ipsum habeto. Vnanimisque uiuato.
 Longa consuetudine probato.
 Illis tua secreta credito.
 Bene optato.
 Bene facito.

Eadem sentito.
 Iisdem gaudeto ac tristator.
 Fortune participes facito.
 Aduersitates ne comuniscato.

Illos consulito.
 In aduersis succurrito.
 In secundis gratulator.
 Benefacere promptior esto.
 Esto suscipere tardior

Precepta



Amicitia.

Micitia est studiose prius diffinita est. Cuius tria hic diffiniunt officia: scz beniuolentia/beneficentia et cōcordia. Beniuolentia quidē est: cū quis alicui vult bonū/ illius quidē gratia et nō alterius. Et hec dicta est esse principiu amicitie studiose. Beneficentia vero est: cū quis alteri volūtarie facit ea q̄ bona sunt aut que ei bona putat/et illius quidem gratia. Adiectū est/aut que bona putat: nō quidē q̄ studiosus aliqua putet esse bona que non sunt vere bona/ sed quia ea que vere sunt bona et q̄ p̄ cōsultationē putat esse bona alteri: p̄ accidens illi possunt in malū et incōmodū cedere. quod sifiat: illorū tamen bonorū exhibitio est beneficentia. nō facit ea que bona sunt alteri: ea tamen prestat que eidem putat esse bona et que suapte natura sunt talia/ licet per accidens ei sint incōmoda. Adiectum preterea est in hac et precedente diffinitione/ et illius gratia/ quo denotetur in amicitia vtili et delectabili nō inueniri beniuolentia: neq; beneficentia. Nam licet in illis vnus alteri bonum velit et faciat: id tamen nō gratia illius aut volunt aut faciunt sed solum gratia vtilitatis aut voluptatis: quam longe magis q̄ amicos suos diligunt/ cum p̄pter vtilitatē aut voluptatē illos ament. Et si quis amat p̄pter alterum: illud alterū p̄pter quod quis amat magis diligitur. Q; si quis obiectet eadem ratione probari posse q̄ amicus studiosus magis virtutē q̄ amicū studiōsū diligit: quādo quidē p̄pter virtutē ipm diligit. Nō igit̄ ei vult aut facit bonū ipsius gratia sed alterius scz virtutis sue. Conceditur equidē q̄ studiosus magis virtutē q̄ amicū diligit. Attamen negat̄ id quod deinceps subinfertur. Nam dicit̄ quis bonū velle aut facere cuiq̄ illius grā: quādo id agit grā boni anime quod est i co cui vult bonū aut facit/ vtpote virtutis. Tunc autē nō sui ipsius sed alterius gratia: quādo nō ratione honesti sed vtilis aut delectabilis quod vel extrinsecū est vel in corpore/ ei bonū vult aut facit. Quare amicus studiosus alteri bonū vult aut facit/ illius quidē gratia. vtilis autē et delectabilis: grā alterius. Tertiu vero officium scz cōcordia est cū quis alteri cōuiuēs eadē eligit que alter: scz honesta et bona/ iisdē gaudet: scz officijs et bonis opationib; et iisdē quoq; tristat: vtpote turpibus et inhonestis. Quicquid eni vni amicorū studiosorū cordi est aut gaudio: et alteri. Et quicquid vni dolorē et molestiā affert: et alteri. Et hec potissimū in mutuo cōuictu et delectabili corū adinuicē consuetudine locum habet.


sex amicitie studiose proprietates.

¶ Deinde ponunt̄ ipsius vere amicitie sex proprietates. Prima. Amicitia studiosa est p̄ se amici: ia: quia est ob per se bonū atq; simpliciter tale/ scz virtutē. Secūda. Eadē est maxima amicitia: quia est ob maximū itidē bonū quod mortalibus hac in vita cōceditur vtpote virtutē. Tertia. Eadem est amicitia p̄manēs. Nam bonū p̄pter quod ipa habet̄ est p̄manēs: nec fortune aduersitate/ nec morbo/ nec morte iis qui illud possidet̄ eripi potest. Quarta. Amicitia studiosa est p̄fecta: quia id bonū p̄pter quod cōciliatur p̄fectū est. Quinta. Eadē est optima: sicut et bonū p̄pter quod ipsa cōtrahit̄ est optimū/ et celestibus supramūdanisq; bonis imprimis simile. Nichil eni est hac in vita quod homines diuiniore/ beatissimisq; entibus similiore efficiat: q̄ virtus. Et bonū quāto diuini et celestibus similiore: tanto ipsum est melius atq; prestantius. Quare hec amicitia tota diuina est et diuinorū bonorū proprietates sortita. Sexta. hec amicitia est rara. Nam pauci hoies sūt qui mutuo amore inter se ob virtutē deuinclant̄: sicut et virtus ipsa est inter homines rara. Amicitia autē vtilis et delectabilis oppositas prorsus habet̄ proprietates. Nam earū vtraq; est p̄ accidens/ minus prestans/ cito solubilis/ imperfecta/ non simpliciter bona/ et frequens inter hoies: sicut et bona quorū grā sunt

Questiones


Sequuntur eni amicitie naturam bonorū propter que sunt. ¶ Prima questio. Quid beniuolentia. Responso. est studiose amicitie officiu quo quis alicui et illius quidē gratia bonū vult. Et ita de beneficentia et cōcordia dicendū est. ¶ Secūda. Nonne tria amicitie opa studiose ad se cōueniunt. Responso. Conueniunt. Nam studiosus sibi ipsi bonū vult et sui ipsius gratia: igitur studiose ad seipsum cōuenit beniuolentia. Preterea studiosus sibi que bona sunt aut bona putat: volūtarie facit et sui ipsius itidē gratia. cōpetit igit̄ studiose ad seipsum beneficentia. Insup studiosus secū cōuiuēs eadem eligit/ iisdem gaudet/ iisdemq; tristatur appetitu sensitiuo et rationali inter quos trāquillitas est et cōsonantia: sensitiuū quidē obedientem/ et rationale imperantē. Immo vero in studiose summa est potentiarū omniū inter se cōcordia. Nam omnes rationi vt supreme et dignissime potentiarū obsequunt̄. Q; si qui virtute p̄fecti senserint stimulu carnis vt diuus Paulus: id nō ex appetitu sensitiuo puenit sed angelo Sathane/ qui perturbat et cōmouet interdū potētias hominis quo eū ad malū incitet aut a bono auertat. Et imbecilliores infirmioresq; potentias vt appetitū sensitiuū aut vim sentiendi primo insultu adorif vt eas facilius opprimat: quē admodū vrbē capere volētes infirmiorē eius partē et vbi minus est munita actius oppugnat. Cōuenit igit̄ studiose ad se cōcordia/ quare tria amicitie opa studiose ad se cōueniūt. ¶ Tertia. Nonne tria amicitie opera studiose ad amicū cōueniūt. Responso. Cōueniunt. Nam studiosus sese habet ad amicū perinde atq; ad

Paulus.



- seipsum. Est enim amicus alter ipse. Sed tria amicitie opera studium, caritas, et utilitas: igitur etiam conpetunt studioso ad amicum. Idem quoque probatur definitione. Nam studiosus amico studioso bonum vult et facit ipsius gratia. Preterea illi conuolens eadem eligit iisdem gaudet iisdemque tristatur: igitur studioso ad amicum conuenit beniuolentia/beneficentia et concordia. ¶ Quarta. Nunquid tria amicitie opera prauis ad se conueniunt. ¶ Responso. Non. Quia prauis non sibi bona volunt. Nam expletionem suarum voluptatum volunt que est eis noxia: igitur prauis ad se non conuenit beniuolentia. Insuper prauis non sibi bona uoluntarie faciunt. Cumulant enim uoluntarie mala malis et sibi ipsis continue nocent: igitur neque prauis ad se conpetit beneficentia. Preterea prauis seculo continue dissident: quod ratione habeant appetitum uel sensitiuo discordantem. Nam in eis ratio deprecatur mala/conaturque ad optima. Appetitus autem irrationalis pellit eos ad oppositum et trahit ad flagicia: igitur neque prauis ad se conuenit discordia. Quod itidem ostendit Aristoteles. Qui inquit multas res graues atque nepharias egerunt: uitam ob prauitatem odio habent ac fugiunt, sibique mortem consciscunt. Querunt preterea alios ipsi flagiciosi/quibuscumque conuersentur: se uero ipsos fugiunt. Nam si sint seculo: recordantur multarum grauiumque rerum et sperant alias tales: quod ipsis horrorem incutit. si cum alijs autem sint: obliuiscuntur. Neque una seculo gaudent atque dolent: est enim eorum anima in seditione et hec quidem pars huc illa autem illuc trahit ut diuellentes. Quod si ita sese habere uehementer est miserum: totis uiribus fugienda est prauitas et enitendum est bonum esse. hec Aristoteles. non igitur conueniunt prauis ad se hec tria amicitie opera: quare neque ad alterum. Qui si sibi beniuolus non est aut beneficus: neque alteri. Et qui sibi ipsi dissidet: cui concordabit? ¶ Quinta. Quot sunt amicitie interiores actus. ¶ Responso. Tres. scilicet actus interior beniuolentie/beneficentie et concordie: quibus et tres respondent exteriores scilicet exterior actus beniuolentie/beneficentie et concordie. ¶ Sexta. Quis eorum actuum amicitie est potior. Responso. Actus concordie. Nam potior est amicitie actus/que amici in quacumque fortuna constituti magis expetunt. At actum concordie ipsi amici in quacumque fortuna constituti magis expetunt: quam beniuolentie aut beneficentie. Nempe in prospera fortuna/presentia amici delectabilis est ad honeste conuiuendum. In aduersa itidem fortuna ipsius amici presentia amico infortunij presso solatio est/ad subleuamen infortunij: absentia autem ei infert molestiam. Est igitur actus concordie atque consuetudinis mutue potior quam ceteri duo actus. ¶ Septima. Circa quem actum amicitie magis versatur amicitia studiosa. ¶ Responso. Circa actum concordie. Nam circa potiore actum/magis versatur amicitia. Sed actus concordie potior est quam beniuolentie et beneficentie: ut modo ostensum est. igitur circa actum concordie magis versatur amicitia studiosa. ¶ Octaua. An honorari prestabilius sit quam amari. Responso. Non. imo amari prestabilius est. Nam quod est per se: prestabilius est. Amari autem est per se/honorari uero per accidens. Amat enim quis ob bonum quod in eo est: et huiusmodi amatio uirtutis est scilicet amicitie studiose officium et non nisi a bono fieri potest. honorari uero quispiam solum ob alterum: quia honor duntaxat est exterius uirtutis signum. Neque honoratio semper uirtutis est officium neque semper a bono: nam et mali possunt bonos honorare sed non amare. igitur amari prestabilius est quam honorari. ¶ Nona. Nunquid postea quam amicus factus est prauus: debet studiosus amicus manere. ¶ Responso. Non. Nam amicitia studiosa solum est inter bonos. igitur si eorum qui prius amicitia studiosa coniuncti erant unus factus fuerit prauus alter uero permaneat bonus: non permanet illi studiosus amicus. Tamen pristinae amicitie memor/diligentem debet operam prestare ut monitis et exhortationibus alterum a malo retrahat: et ad rectam uirtutis uiam reducat quo amicum saluum reddat. ¶ Decima. Nunquid iterum si amicorum alter ab incunte etate mente puer maneat/alter uero uirtute proficiens uir optimus euadat: firma manere debet amicitia. ¶ Responso. Non. Nam inter eos manere non debet amicitia: inter quos amicitie opera exerceri non possunt. Sed inter eum qui mente puer ab etate exordio manserit et alterum qui uirtute perfectus euaserit non possunt exerceri opera amicitie: non enim eadem eligent: neque eisdem gaudebunt. Nam qui uirtute consummatus est: uere bona et pulchra eligit. Qui uero mente puer est: neque animum scientijs uirtutibusque perfecit: puerilia solum et uulgaria. Non potest igitur inter eos firma constare amicitia. ¶ Undecima. Qualibus amicis indiget felix. Responso. Amicis studiosis. Nam opus est felici iis quibus beneficia conferat et quibuscumque delectabiliter uerse/lucundeque conuiuat. Tales autem sunt studiosi amici: igitur opus est felici studiosis amicis. ¶ Duodecima. Nunquid opus est felici amicis uilibus et delectabilibus. Responso. Non. Nam cuius uita secundum se sufficiens est/ut uilium bonorum abundantiam et uitam secundum se delectabilem habes: uilibus amicis et delectabilibus non eget. Felix autem est cuius uita secundum se sufficiens est: uilium bonorum abundantiam et uitam secundum se delectabilem habes. Est enim felicitas operatio hominis secundum uirtutem et in uita perfecta: ut sequentia clarius ostendent. igitur non est opus felici uilibus amicis aut delectabilibus. ¶ Decimatertia. Quare amicorum uera amicitia bonitatem adauget. Responso. Propter

Aristoteli.



mutuā cōsuetudinē studiosi amici cōuiuūt: et beate vite alter ab altero plenius assumit exemplū. Perinde atq; duo clara lumina se mutuo illustant: et lucidiora q̄ utrūq; per se foret/ red-
 dunt. Igit̄ ob mutuā vite cōsuetudinē amicorū vera amicitia bonitatē adauget. ¶ Decimaquarta. 14
 Cur malorū prauitas p̄ eorū amicitia diuerso augetur. ¶ Respōsio. Ob mutuā itidē cōuersionē
 et vite cōsortiū. Nam mali adinulcem secundū corruptas opationes cōiuentes: accipiūt alter ab
 altero prauitatis cōsuetudinē. haud secus ac duo laborantes diuersis morbis cōtag. oīs accipiunt
 alter ab altero morbi cōtagiū. Igit̄ ob mutuā in cōiuctu societate atq; cōiūctionē malorū prauitas
 p̄ amicitia auget. Quocirca vt studiosorū amicorū societates expetēde sunt et excolende: ita
 diuerso malorū cōtubernia summope fugienda/ ne sincerā mentē eorū mala cōtagia ledant. Hinc
 Prouer. Pythagoras precepisse dicif/ que nigrantes habēt caudas gustari non oportere: hoc est cū hoibus
 cōsuetudinē nō esse habendā quos morum deprauatio ipsa denigrat. ¶ Decimaquinta. 15
 Quando amicorū presentia delectabilis est: et vtendū est amicis. ¶ Respōsio. Id quinq; regule in littera po-
 site ostendūt. Prima. Ad p̄speras fortunas prompte vocato amicū: vt ipsum tue p̄speritatis parti-
 cipem facias. Ad aduersas autē ipsum tarde aduoca: ne ipsum molestia et dolore afficias. Secūda.
 Quādo cū sui pauca pturbatione possunt amici multo presidio esse: maxime vocādi sunt. Non eni
 grauis pturbatio amicis est inferenda: presidū tamen ab eis vbi tēpus et res efflagitat est expeten-
 dum. Tertia. Ad Amicū infortunij p̄ssum nō vocatus accede: vt ei cōsolationē et rebus aduer-
 sis presidū atq; leuamen prompte asferas. Quarta. Amicū bene fortunatū (vt secūde fortune gra-
 tuleris et officiū prestes) adito. Quinta. Ad beneficia suscipiēda q̄ prestanda tardior esto. Nam po-
 tius virtutis officiū est beneficū cōferre q̄ suscipere. ¶ Decimasexta questio. Vbi amicorū p̄sentia 16
 delectabilis est et vtendū est amicis. Responso. Vbi oportet/ et honesta exigendi presentia amici
 prestatur occasio/ et locus ipse requirit. ¶ Primū preceptū cōmuniter amicitia studiosam respī-
 cit docetq; studiosos amicos perinde atq; seipsum ab amico habēdos. Nam etsi eorū diuersa sunt
 corpora: vnus est tamen in eis spiritus/ eademq; voluntas. Hinc Alexander rex Macedonū Dario
 acie supato cū et castris eius potius esset in quibus mater Darij/ eius vxor/ et d̄:ae filie inter capti-
 uos fuere: et ad eas visendas comitat⁹ Ephestione sibi amicissimo venisset: mater Darij Ephestio-
 nem (quā Alexandro statura et forma prestātor erat) pro Alexandro more persarū cū veneratione
 salutauit. Deinde admonita a circūstantibus q̄ errore decepta nō Alexandrū sed Ephestionē sa-
 lutasset: se excusare cepit/ erroris veniam petens. Cui Alexander Nichil inquit errasti Nam et hic
 Alexander est. ¶ Secundū monet nō temere aliquē in amicorū numerū esse recipiendū: sed longa
 prius cōsuetudine probandū donec eius explorati habeant̄ mores. Neq; ante quispiā (vt ait Cice-
 ro) amicus habendus est: nisi modū salis cū amico absumpserit/ id est diu cum eo versatus fuerit.
 ¶ Tertiū precipit amicis secreta esse cōmittenda vt p̄ptij pectoris scrinio: nā cōsolatione aut con-
 silio aliaue quauis ratione amico auxiliū dabunt. ¶ Quartū spectat ad primū amicitie munus scz
 beniuolentiā/ quintū ad beneficiā/ sextū/ septimū et octauū ad cōcordiā. Nonū respicit primā re-
 gulā in decimequinte questionis dilutione positā monetq; amicos secunde fortune participes esse
 faciēdos. Decimū eandē regulā cōcernit admonēs amicis aduersitates minime cōmunicādas esse.
 Vndecimū ad secundā regulā p̄tinet precipitq; ab amicis cōsilium in dubijs rebus esse petendum.
 Duodecimū ad tertiā regulā attinet/ decimūtertū ad quartam. Decimumquartū vero et decimū
 quintum ad quintam.

Scientia.
VI


Entis due sunt partes. Vna vis est cōtēplatiua/ ac sciendī: qua ea que
 aliter vt sese habeant minime fieri potest/ cōtemplamur. Altera vero
 qua ea que aliter sese habere possunt/ perspīcimus. et hec vis actiua/
 administratiua/ cōsultatiua et subducendī ratio nominatur. ¶ Mentis contē-
 platiue et vis sciendī: scientia/ intellectus/ et sapientia sunt habitus. Et est scien-
 tia/ cōclusionū demonstratiuus habitus. ¶ Scibilis quattuor pprietates. Est
 necessariū/ eternū/ ingenitū/ incorruptibile. Scientie pprietates. Omnis sciētia
 doceri potest: et sciētie scibile disci. Scientia est ex antea notis et ex ratiocina-
 tione. Ratiocinatio/ syllogismus: sub quo et doctrinale enthymema cōprehē-
 dimus. Scientie vniuersaliū principiorū non est nisi inductio. et sub inductio-
 ne exēplū cōprehēdimus. Et ip̄a principia magis q̄ sciētie cōclusio: nota sunt.

Entem et intellectū idem esse prius dictū est. Cuius ³ scz cōtēplatiua et
 m cōsultatiua. Vis cōtēplatiua est qua ea que aliter ⁴ habere impossibile est/ cōtēpla
 mur. Illa quidē aliter se habere nō possunt: q̄ sunt p̄positiones necessarie et nō possunt
 esse false. Est itaq; vis cōtēplatiua/vis mentis qua p̄positiones necessarias et q̄ false esse nō possunt
 contēplamur: vt principia et cōclusiones disciplinarū. Et eadē dicif vis sciendī: ab vno sic r̄u habi
 tuū scilicet scientia/ denoiatione sumpta. Vis autē cōsultatiua est vis mentis qua ea que aliter sese
 habere possunt p̄spicimus: hoc est/ qua cōsideramus p̄positiōes cōtingentes et que possunt esse fal
 se. Ille enī hoc in loco dicunt ea que possunt aliter se habere. Vt sunt p̄positiones de quibus ⁵ r̄s
 et prudētia. Et hec eadē dicif vis mentis actiua a digniori suo habitu scz prudētia: que p̄fectius
 magis cōsultat q̄ ars. Habitus enī artis apud Aristotelē nō dicif practicus siue actiuus sed poetic⁹
 atq; factiuus. Solus autē prudentie habitus practicus dicitur et actiuus/ a quo vt digniori sumpta
 denoiatione tota vis cōsultatiua dicif actiua: sicut vis cōtēplatiua dicta est vis sciendī ab vno eius
 habitu. Pretera hec secunda vis animi dicif cōsultatiua: a noie cōmuni ad artē et prudentiā/ quarū
 vtraq; cōsultat. Dicitur et administratiua: quia pro huius vite mortalis administratione p̄fertim
 ordinat. Demū vocat̄ subducendī ratio/ id est consultandī. Nam subducere rationē hoc in loco est
 cōsultare et p̄ cōsiliū quicq; inquirere. ¶ Idē autē re ipsa est vis cōtēplatiua et cōsultatiua scz ipsa
 mens atq; intellectus/ ratione tamē diuersa sunt: et in cōparatiōe ad diuersa opa/ diuersum habēt
 nomē. Vt enī mens/ necessaria contēplatur: dicif cōtēplatiua/ vt vero cōtingētia cōsiderat quorū
 est cōsultatio: vis cōsultatiua. Sicut cū dicimus: flāme due sunt vires/ vna est ad calefaciēdū alia ad
 illuminandū: eadē est flāma que vtrāq; vim habet/ et calefaciēdi scilicet et illuminādi: sed qua ca
 lida est/ calefacit: et qua lucida/ illuminat. Pretera sicut idem est oculus suspiciēs celū/ et aspectum
 in terrā deflectens: diuersa tamē ratione. Nam vt visum attollit in altū: dicitur sursum aspicere. Vt
 vero humi deicit obtutū: dicif aspicere deorsum. Ita sane eadē est vis cōtēplatiua: que est vt acies
 oculi erecta ad sidera/ et vis cōsultatiua: vt eadē oculi acies sed demissa/ depressaq; in terrā. Ceterū
 vis cōtēplatiua mētis siue vis sciendī habet tres habitus: vtpote scientiā/ intellectū/ et sapientiā.
 Quocirca planū est scientiā omnē esse habitū cōtēplatiuū/ speculatiuū/ atq; Theoricū: quia partis
 cōtēplatiue habitus est. Et secundū Aristotelē nullā scientiā debere dici practica/ habitūue practi
 cum. Nulla enī: mentis cōsultatiue est habitus. Et secundū Aristotelis sententiā habitus aut specu
 latiuus aut practicus nominat̄ a vi mentis cuius est habitus. Porro triū cōtēplatiue partis habi
 tuū scientia primū habet determinationis locū: et diffinit̄ esse cōclusionū demonstratiuus habitus/
 id est habitus cōclusionis vni⁹ aut pluriū: p̄ demonstratiōē vnā quidē aut plures acquisitus. Que si
 sit vnius cōclusionis habitus: scientia simplex dicif. Si vero pluriū: cōposita. Sed eam potissimū cu
 rant auctores que est cōclusionū cōpletam p̄fectāq; et totā disciplinā cōstituentiū. Vt logicā/ que
 ex oibus logicis cōclusionibus coalescit/ et physicā que ex physicis. Scibile autē est p̄positio cuius
 nata est haberi scientia. ¶ Et eius quattuor in littera assignātur p̄prietates. Prima. Scibile est ne
 cessariū/ id est p̄positio vera que nō potest esse falsa: quēadmodū res supramūdane dicunt̄ necessa
 rie que sunt et nō possunt non esse. Secunda. scibile est eternū: sumpta quidē a re similitudine. Sicut
 enī eternū i rebus dicif quod sue durationis nō habet principiū neq; finē. Ita scibile quoq; eternū
 dicif qua nunq; inceperit esse verū post falsitatem: neq; vnq; post suam veritatē incipiet esse falsum/
 id est ex falso nō transmutat̄ in verū: neq; ex vero trāsmutat̄ in falsum. Tertia. Scibile est ingenitū:
 a rebus itidem ratione sumpta. In quibus id ingenitū dicif quod nō incepit esse sed semp̄ fuit. Ita
 scibile nō incipit esse verū sic q̄ prius fuerit falsum: neq; vnq; ex falso p̄mutatur in verum. Quarta.
 Omne scibile est incorruptibile/ id est nūq; potest desinere esse verū/ et ex vero trāsmutari in falsum:
 perinde atq; res dicif incorruptibilis que nunq; desinit esse sed semp̄ erit. Quare eternū tam̄ princ
 piū q̄ finē respicit: et cōplectif tam ingenitū quod solū principiū/ q̄ incorruptibile quod solū finē
 concernit. Et sumunt̄ hec quattuor necessariū/ eternū/ ingenitū et incorruptibile secundū logicam
 intelligentiā atq; materiā subiectā pro p̄positionibus veris que nunq; fuerunt false neq; vnq; erūt
 imo vero que nō possunt esse false: quales sunt p̄positiones disciplinarum. Ea tamē significatio ex
 analogia rerū apte sumpta est. Nam quod est esse in rebus/ est esse verū in p̄positionibus: nō esse in
 rebus/ esse falsum in p̄positionibus. Posse esse in rebus: posse esse verū in p̄positionibus/ non posse
 esse in rebus: nō posse esse verū in p̄positionibus. Posse nō esse: posse esse falsum. Nō posse non esse:
 nō posse esse falsum. Et ex istis p̄prietatibus cognoscunt̄ scibilia ipsa habere vestigiū verissimorum
 entiū: que habēt necessitatē essendi et que nō possunt nō esse. Scibilia tamē ipsa nō habēt necessita
 tem vt sint nam possunt nō esse: sed habēt necessitatē veritatis quia nō possunt non esse vera. Itaq;

Quod eadē res
 ipsa sed dis
 uersa ratiōe
 est vis cōtē
 platiua et cō
 sultatiua.

Quattuor
 scibilis pro
 prietates.

Quanta sit
 scientiarum
 dignitas.



ipforū veritas et dignitas emulatur necessitatē essendi supramundanorū. Quocirca magna est profecto disciplinarū dignitas atq; excellentia que tam sublimiū rerū preferunt imaginē: et in celestibus habēt quod velut vmbraulo quodā exprimāt. Verū huiusmodi dignitas et prestantia perspicui non potest: nisi discipline in pulcherrimo suo decore spectentur: eoq; ornatu quem a suis autoribus primū acceperūt. Quē iurta tēporū labefactū atq; offuscātū ipse restituat: qui scientiam h'ibitus cōmunicauit p quā cognoscere/et animus ad ipm felicissima cōtēplatione eueheref.

Sciētie quatuor proprietates.

¶ Postremo subdunt scientie quattuor proprietates. Prima. Omnis scientia doceri potest/et omne scibile disci. Sciētia quidē ois doceri potest a callēte ipsam: qui sicut ab alio scientiā accepit senō habuit/ita quoq; alteri tradere et cōicare potest. quēadmodū color omnis a lumine/hominū oculis exhiberi potest spectabilis: imo vero quēadmodū flāma rebus nō inflāmaris distribuit et in plures flāmas multiplicari potest. Aut quēadmodū occultū lumē alijs nondū illuminatis sine sui iurta aut diminutiōe pōt cōmunicari. Omne autē scibile potest disci a discipulo nondū scientiā assecuto: sicut omne visibile videri/et audibile audiri. Et ex hac proprietate cōstat nos aliquid de nouo scire posse: doctrinaq; et exercitatione scientiā quā prius nō habuimus acquiri. Quod est oppositū assertioni eorum qui negabāt nos aliquid scire posse: et hoibus tam preclare rei (scientie dico) possessionē auferēbāt. Et eorum etiam qui arbitrati sunt scientias nobis insitas atq; ingenas esse.

¶ Secūda scientie proprietates est. Omnis scientia est ex antea notis/id est principijs que ante demonstrationē vera esse cognosci debēt. Omnis scidē sciētia est ex ratiocinatione/id est syllogismo demonstratione cuius maior et minor principia sunt aut ex principijs cognita: cōclusio vero est ipsum scibile/sive propositio que demonstrat/et cuius est sciētia. Ratiocinatio autē hoc in loco idem est q; syllogismus/nō quidē omnis sed doctrinalis: sub quo doctrinale enthymema etiā debet cōprehēdi/q; a syllogismo vnus tantū premisse suppressione differat: cuius explicatiōe ex enthymemate fit syllogismus. Si quidē ois demonstratio aut p syllogismū fit aut enthymema ¶ Tertia proprietates. Vniuersalia scientiarū principia ob sui obscuritatē aliqua declaratione indigentia: sola pbantur inductione ex notiorib; ad nos. Vt hoc principium/impossibile est cōtraria simul esse in eodē/hoc modo p iductionem manifestat: impossibile est eundē hominē bonū esse simul & malū/ neq; potest idē aial sanū esse et simul egrū/aut idē corpus albū esse et simul nigrū. Ex quibus apertius cognoscit huius principij veritas: impossibile est adinuicē cōtraria simul esse i eodē. Verū hec principij explanatio/ demonstratione nō est: nam nō pcedit a notioribus natura ad notiora quo ad nos sed ecōtra. Sub inductione autē exemplū cōprehēdit: q; etiā a singulari et minus cōmuni procedat. Nam p exemplū etiā scientiarū principia nōnunq; declarātur: vt per hoc q; oppositorū est idē sensus facile est ostēdere q; oppositorū est eadē disciplina. ¶ Quarta proprietates. Ipsa principia magis q; cōclusio cuius est sciētia nota sunt. Nam per ipsa principia cōclusio fit nota: sunt igitur principia/sua conclusione notiora. Si enim p aliquid/alterū cognoscitur: id per quod alterū cognoscit/magis cognoscit: quēadmodū color videtur p lumen/quare lumen pfectius videt q; color. Est eni lumen vt principium/color autē vt cōclusio. Preterea quod est per se tale: est magis tale eo quod est p alterum tale. At qui principia per se sunt nota/conclusiones autem per principia fiunt note: sunt igitur principia q; sua conclusio notiora. Sed hec omnia ex logicis exactius cognoscenda sunt.

Intellectus.
VI

Intellectus est habitus principiorum. Principia sunt que cum aliter sese habere nō possint: per seipsa et non per alia fidem habent. Principiorū proprietates: ee que et scibilis sunt. ¶ Intellectus proprietates. Omnis intellectus est intelligibilis/et principium intelligibile. Intellectus non est per ratiocinationē. Est mentis habitus scientia perfectior: et sine quo scientia minime haberi potest.


Sapientia.
VI

Sapientia est scientia et intellectus eorū que honorabilissima sunt in natura. ¶ Eius proprietates. Est certissimorū principiorū/atq; certissimorū scibilium. Intellectum continet certissimum/et scientiam certissimam. Est mētis intellectualium virtutū preclarissima/honorabilissima/principalissima/ac optima. Est et sapiētia in alia significatione que est artis virtus. vltima enim artis perfectio: eius virtus nominatur. secundum quam significationem polycletum et statuarium/et sapientem dicimus.

Is mentis que cōsultatiua dicitur: ars et prudentia sunt habitus. Ars vero est habitus circa ea quae aliter sese habere possunt: vera cum ratione factius. Factio quae et effectio nominatur: est in opus extrinsecum transiens opatio. **¶** Artis tres sunt opationes. Prima est quo pacto aliquid facier dum sit: cōsideratio. Secunda. circa extrinsecum opus opatio. Tertia: rei facte cōtēplatio. Prima et tertia actiones sunt. Est enim actio: in ipso operante imanes opatio. Secunda vero (a qua factiua non ab re dici videtur) effectio. **¶** Factibilis (quod extrinsecum opus est) proprietates. Cōtingens est esse et non esse. extrinsecum eius principium: non enim in eo sed in faciente est. **¶** Artis proprietates. est cōtingentium. circa opus extrinsecum. seruilis. in materia cum fortuna quodammodo conueniens. Artis cōtrarium est atēchnia: et est habitus eorum que sese aliter habere possunt: falsa cum ratione factius.

Secunda virtutis intellectualis species scilicet intellectus diffinit esse habitus principiorum: ut horum impossibile est duas adinuicem cōtradictorias simul veras aut falsas esse / impossibile est eandem propositionem simul veram et falsam esse. Que quidem principia sunt: nam cum aliter se habere non possint / id est cum sint propositiones quae non possunt esse falsae: per seipsa et non per alia principia fidem habent / id est sue veritatis credulitate non per alia principia sicut cōclusiones scientiarum / sed ex seipsis habent: quemadmodum lumen non per aliud sed per se videtur. Et quis principia interdum habeat fidem per notiora quo ad nos / ut per minus communia ex quibus per inductionem sunt clariora: id tamen eorum rationi minime repugnat / cum non accipiant cognitionis suae firmitudinem ex alijs principijs et per demonstrationem: quod solum per tēdit eorum diffinitio. Principiorum autem proprietates eedem sunt quae ipsius scibilis / cōclusionisque scientiarum: scilicet quod principium omne est necessarium / eternum / ingenitum / et incorruptibile: secundum eam quae prius data est intelligentia. **¶** Deinde ponuntur tres intellectus proprietates. Prima. Omnis intellectus est ipsius intelligibilis / hoc est ipsius principijs: cuius habitus est intellectus. Referunt enim intellectus et intelligibile adinuicem sicut scientia et scibile. Et omne principium est intelligibile / id est obiectum ipsius intellectus. Perinde atque quis dixerit omnem scientiam esse ipsius scibilis: et cōclusionem omnem esse scibile. Et hic intelligibile sumitur ut dicitur ab intellectu habitu principiorum: et non ab intellectu sumpto pro vi intellectiua. **¶** Secunda. Intellectus non est per ratiocinationem. Nam habitus principiorum non acquiruntur per demonstrationem aut syllogisticam aut enthymematicam: sed per inductionem aut exemplum ut modo dictum est. **¶** Tertia. Intellectus est mentis habitus / scientia perfectior. quemadmodum principia cōclusionibus sunt perfectiora: quod he per alia / illa vero per se fidem habent. sicut etiam lumen perfectius est colore: quod ipsum per se color vero per aliud videtur. Et sine intellectu scientia minime haberi potest. Nam sine principijs non possunt cognosci cōclusiones: ut neque sine lumine videri color. Intellectus autem / principiorum: scientia vero cōclusionum est habitus: igitur sine intellectu non potest haberi scientia / haud aliter ac sine luminis collustratione non potest fieri visio coloris. Horum autem amplior declaratio ad logicam spectat disciplinam.

Sapientia neque solum principiorum neque tantummodo cōclusionum est habitus / sed principiorum et cōclusionum simul: non quidem cuiuslibet discipline sed metaphysice / que determinat de optimis et perfectissimis nature entibus que hic honorabilissima in natura dicuntur: idcirco sapientia coniunctim dicitur scientia et intellectus eorum entium que honorabilissima sunt in natura. **¶** Eius tres subduntur proprietates. Prima: sapientia certissimorum est principiorum atque certissimorum scibilium. Nam alie discipline principia habent et cōclusiones necessarias atque impossibiles aliter se habere: tamen de rebus cōtingentibus et que possunt non esse. Sapientia vero habet principia et cōclusiones necessarias / et preterea est de rebus necessarijs et que non possunt non esse: quare manifestum est principia et scibilia sapientie longe plus habere certitudinis quam principia et scibilia aliarum disciplinarum. **¶** Secunda. Sapientia intellectum continet certissimum et scientiam certissimam. Nam quale obiectum: talis est et illius habitus. Sed principia et scibilia sapientie dicta sunt esse certissima: igitur intellectus sapientie est certissimus / idem et scientia certissima. **¶** Tertia. Sapientia est virtutum intellectus nobilissima / honorabilissima / principalissima et optima. Nam ea que determinat sapientia: sunt entia in natura nobilissima / honorabilissima / principalissima ac optima. Talis igitur est et sapientia. Sequuntur enim habitus naturam et conditionem eorum de quibus sunt. Proinde ceteri mentis habitus cōtemplatiui ad sapientiam ut optimum cōtemplatiue partis habitum ordinantur: sicut omnes

Ars.
VITres intellectu
proprietates.Tres sapientie
proprietates

Prudentia

Polycletus.
Zeus

habitus actiui referunt ad d^{iv}inum habitum actiui scz iustitie legitime prudētia. Deinde ponitur alia sapientie signum. **Prudentia** est seruilis virtus: diffinitur esse vltima et cōsumata artis pfectio. Et hoc modo sapiēs est qui cōpletur exactaq; artis pfectionē assecutus est. Vt Polyclet⁹ arte statuarum admodū insignis: in ea acceptiōe sapiēs est statuarius. Et Zeus heracleotes/sapiēs habitus est pictor: tanta arte vnas depinxerit/ vt aues ipsarū imagine decepte ad eas decerpendas aduolarent. **H**is ceteri in sua arte summi/sapientes vocantur.

Tres artis
operationes

Is mētis cōsultatiua duos habet quibus pfecti habitus scz artē et prudētia. Quorū ars dicitur habitus factiuus: quia ordinat ad faciēdū/id est opandū circa materiā exteriorē.

Dicitur p̄terea factiuus vera cū rōne: quia dirigit ad operandū eo modo quo res ipsa secundū artis p̄cepta fieri debet/nichil omittēdo eorū que ad ipsam artē requirūt. Vt ars pictoria ad pingendū vera cū ratione et secundū illius artis regulas: et ars scribendi ad scribendū vera itidē cū ratione et quēadmodū res ipsa exigit. Versat autē ars circa ea q; aliter se habere possunt/id est que possunt esse falsa: quia cōsultatiue p̄tis habitus est. Eius opus vocat factio siue effectio: q; diffinitur esse opatio trāsiens in opus extrinsecū. vt edificij ex lignis et lapidib⁹ cōstructio/ alsculus imaginis depictio/characterū litterariorū in mēbrana formatio: factio siue effectio noiat. ¶ Ceterū toti⁹ artis vt quoduis opus absoluat triplex est opatio. Prima est cōsideratio quo pacto aliquid est faciēdum: vt quātū esse debeat quod molitur opus/ cui vsui accōmodandū/ cui⁹ figure/ ex qua materia/ quibus instrumētis/ quo tēpore/ quo loco. hec enī apud se artifex inquit: anteq; exordiat opus.

Due factibilib⁹ proprietates.

¶ Secūda: est opatio circa opus extrinsecū secundū circūstātiā p̄ artis cōsultationē determinatas. Vt edificatio circa cēmētū ligna et lapides/ et scribētis circa papyrū atramētū et calamos occupatio. ¶ Tertia vero est cōtēplatio atq; cōsideratio rei facte: qua artifex singulas op̄tis ptes examinat p̄spiciens an quicq; supuacuū sit aut dīminutū/ aut aliquid emēdandū sit: in quo a rectitudine artis aberratū est. harū vero opationū prima et tertia sunt actiones: quia sunt opatiōes imanētes in ipso operāte et nō trāseuntes in extrinsecū. Secūda vero dicitur effectio: q; ab operāte in opus extrinsecū trāseat. ¶ Subiūgun^t ipsius factibilis (quod extrinsecū est opus p̄ artē fieri natū) due p̄prietates.


Quatuor artis: proprietates.

Prima. Ip̄m factibile cōtingēs est esse et nō esse: vt domus/ tunica/ calceus potest esse et nō esse. Veratur enī ars circa cōtingētia: et que aliter sese habere possunt. ¶ Secūda. Principiū efficiens ipsius factibilis est ip̄i factibili extrinsecū. Nam ip̄m nō est in factibili sed in artifice faciēte: vt ars edificatoria nō est in domo q; extruit sed i edificatore/ et ars pictoria nō in pictura q; format sed i pictore/ et ars sutoria nō in calceo sed sutore. ¶ Postremo subdun^t ipsius artis q̄tuor p̄prietates. Prima. Ars est cōtingētū. Et eo ip̄so differt acōtēplatiue p̄tis habitib⁹: qui sunt necessariorū. Et est ars ip̄a tā terū cōtingētū/ q; p̄positionū eas res enūciantū. Nā p̄positiones exprimētes hoc i loco edificādā domū/ et ex hac materia: cōtingētes sūt et a veritate decidere possūt. ¶ Secūda. Ars est circa opus extrinsecū et quod est extra opantē: vt ars edificādā circa domū q; est extra architectū/ et ars pingēdi circa imaginē q; est extra pictorē. ¶ Tertia. Ars est seruilis: in cōparatione quidē ad virtutes morales et disciplinas: ad quas se habet ars sicut natura seruus ad natura dominū/ et quēadmodū corpus (cui⁹ necessitati subleuāde/ p̄cipuā curā ipendit) ad animū quē virtutes/ sciētieq; p̄fectius excolunt. Quare apud ātīquos ingenuo p̄ditū animo ad litteras et virtutes: duro autē ingenio ad artes solū accōmodabant. Et eā ob causam ipse artes/ seruilis dicunt et vulgatiōri noie mechanicę/ id ē adulterine: q; relicto dignioris animi cultu ad corp⁹ lōge aio iferi⁹ degenerēt atq; decūbāt: id circo et mechari et adulterari quodāmodo vident. ¶ Quarta. Ipsa ars i materia/ cū fortuna quodāmodo cōuenit. Nā artis materia est extrinseca. Est enī ars p̄secundā p̄prietatē circa opus extrinsecū. Sicut bona fortune (q; dicunt ipsius fortune materia) etiā sunt extrinseca et extra possidentē. Fortuna tñ nō est ars. quia que a fortuna eueniūt: temere et p̄ accidēs eueniunt/ que vero ab arte: cū electione. Contrariū autē artis greco noie atechnia dicitur. Nam a particula in cōpositione/ negatiua est apud grecos: sicut p̄positio in apud latinos. Et techna/ e/ vel techne/ es: artē designat. Et est habit⁹ factiuus falsa cū ratione: vt imperitia domificandi in eo qui artem edificatoriā sibi vendicat/ et inscitia pingēdi in eo qui artē pictoriā. Sicut ignorātia latine locutionis in eo qui se dicit grāmaticū.

Quid atechnia.

Prudentia
VI

Prudētia est omnino circa hoīs bona et mala vera cū ratiōe actiuus habitus. Que si vnū hominē in suis agendis dirigit: prudētie nomē retinet/ aut monastica prudētia dicitur. Si domū: rei familiaris prudētia/ et economica. Si ciuiū multitudinē: ciuilis prudētia et ciuilis facultas/ atq; polytica nominat. ¶ Tria eius opera. Recte cōsultare. de iis que recto cōsilio




sunt inuenta: recte iudicare. recte inuēta/iudicataq; hinc et illuc. Sic circūstā
 tie iam dicte sunt. ¶ Consilij pprietates. Nō est in mente. nō est fini. pre-
 sentis. preteriti. impossibilis. necessarij. est mediōrū in finē. et finiti. est futuri.
 et cōtingentis. et eorū q̄ in nostra sunt potestate. est et incerti quo pacto eue-
 niat. ¶ Ordo prudētis in cōsultando. Finē supponit. qua rōne/ quibus. et me-
 diis finis assequi possit: inquit. et si plura sint media: quod illorum exp̄o-
 tius. q̄ si vnico optime finē assequimur: qualiter/ quomodo id mediū nau-
 scamur. ¶ Sane cū primū prudētis opus sit recte consultare: virtus qua recte
 ad totius vite bonū via qua oportet et tēpore cōgruenti cōsultamus/ bona cō-
 sultatio et eubulia dicitur. Et virtus qua circa ea que vt plurimū in legis posi-
 tione accidunt recte iudicamus: sagacitas et synesis. Et que in quibus lex ob
 vniuersale deficit/ recte iudicat: sententia et gnome dicit̄. Et que ad recte exe-
 quendū ea que rite iudicata sunt/ est preceptiua: prudētis cōmune nomē sibi
 peculiariter asciscit ac vendicat.

Idem dicitur prudentia esse habitus actiuus: id est dirigēs ad agendū atq; operandū secūdū
 virtutes morales/ quarū opationes hic actiones dicunt̄. Actiuus inquit cū ratione
 id est quantū oportet/ grā cuius oportet/ et ita de ceteris: nichil omittendo regularum
 prudētis. Neq; dirigit prudentia solū ad agendū secūdū vnā virtutē aut etatis partem: sed oino/
 id est secūdū oēs virtutes et in tota vita humana. Versat enī circa oēs virtutes prudentia/ sicut lo-
 gica circa omnia argumētationū genera: quare potest recte prudentia dici ars omniū virtutū/ sicut
 logica est ars omniū argumentationū. Demū dirigit prudentia ad recte agendū circa q̄cunq; hoīs
 bona/ siue fortune/ siue nature/ vtilia/ delectabilia. et honesta. Et etiam circa queuis hoīm mala aut
 fortune vt inopiā/ inhonorationes/ aut cōtra naturā vt egritudines/ incōmoda/ tristitia/ turpia. Nē-
 pe prudētis officiū est recte ostendere: quomō huiusmodi mala aut fugiēda sunt/ aut equo animo
 toleranda. ¶ Et diuidit̄ prudentia in Monasticā prudentiā/ economicā et ciuilē. Monastica pruden-
 tia est que vnū hoīm in suis agēdis dirigit: vt ea qua quis cōsultat quo modo bene/ beateq; viuat.
 Et hec interdū noīe cōmuni prudētis nominat̄: et simpliciter prudentia dicit̄. Economica prudentia
 est que domū atq; familiā in suis agēdis dirigit. Et hec ad patrēfamilias spectat. Vnde et nomen
 sumit: atq; rei familiaris prudentia etiā dicit̄. Ciuilis prudentia est que ciuiū multitudinē in republica
 moderāda dirigit. Et hec ad magistratus/ optimates/ reges/ et ceteros reipublice gubernatores p̄-
 tinet: vt ea directrice/ ciuitates/ regna et imperia recte regāt. Et ergo ciuilis facultas/ prudentiaq; po-
 lytica etiā noīatur. Et inter has species/ dignitatis atq; perfectionis certus est ordo. Nam prudentia
 economica est p̄fectior q̄ monastica. Nam p̄clarior est prudentia que est ad se et ad alterū: q̄ que ad
 se solū. At prudentia economica est ad se et ad alterū: nā ad totā familiā gubernandā/ cui? ipse pater
 familias est pars. Monastica autē ad se solū: igit̄ prudentia economica est p̄fectior monastica. Et qui
 cunq; habet economicā habet monasticā: quia quicūq; scit regere familiā etiā scit regere seipsum.
 Et ex opposito qui seipsum regere nescit: neq; itidē sciet familiā gubernare. quēadmodū qui seipsum
 p̄ viā dirigere nescit quia oculis est captus/ neq; alios sane p̄ viā recte ducet. Preterea prudentia ciui-
 lis est p̄fectior economica. Nam ea virtus qua pluribus bonū cōicatur: prestātor est ea qua datur
 paucioribus. Quāto enī cōmunius est bonū/ tāto melius. At p̄ ciuilē prudentiā cōicatur bonū pluri-
 bus sc̄; toti ciuitati q̄ p̄ economicā: que solū dirigit vnā familiā partē quidē ciuitatis/ igit̄ prudentia
 ciuilis potior est prudentia economica. Et quicūq; illā habet: vt hanc etiā habeat/ necesse est. Nā qui
 nouit regere ciuiū multitudinē: et vnā quoq; familiā (q̄ exigua est ciuitatis pars: et vt vnus hō ad fa-
 miliā) facile sciet dirigere. Et cōtra qui familiā dirigere nescit: a fortiori neq; ciuitatē sciet governa-
 re. Ex his quoq; manifestū est prudentiā ciuilē esse digniorē atq; p̄fectiorē prudentia monastica: quia
 dignior est q̄ economica/ q̄ p̄bata est monasticā p̄fectione supate. Et quicquid est digni? digniore:
 etiā dignius est minus digno. ¶ Deinde ponunt̄ i littera tria prudētis opa. Primū est. Recte cōsul-
 tare/ id est cōsilio inquirere atq; iuestigare/ singulas prudētis circūstātiās (q̄ in principio posite sūt)
 cōsiderādo. Secūdū. De his q̄ recto cōsilio sūt inuēta/ recte iudicare quid melius et poti? est. Tertiū.
 recte inuenta iudicataq; p̄cipere et exequi curare. Et hec opa se ordie quodā cōsequunt̄. Nā primū
 f it

Prima diuisio
 prudentie

Tria prudē-
 tie opera:



Cōsiliū duo
decim pro-
prietates.

Ordo pru-
dentis in cō-
sultando.

Alia prudē-
tie diuīsiō.

Et quomodo deinde de his que p cōsiliū sunt inuenta iudicat an expedientia sint: et si fuerint plura quod eorū expedientius est et cōmodius. Vltimo autē loco p̄cipit ea que cōsilio iuenta et recte iudicata sunt: accommodatq; ad opus. At vero quia precipuū ip̄ius prudētis officiū est recte cōsultare: subiiciunt ip̄ius cōsiliū duodecim proprietates. Prima. cōsiliū nō est sine mente. Quia fit virtute mētis cōsultatiua cuius prudētia est habitus: quare aialla mentis exp̄t̄ nō cōsultat sed solus homo. Secūda. Cōsiliū nō est ip̄ius finis. Nam finis ipse imprimis supponi debet: et nō cōsilio inquiri. Tertia. Cōsiliū nō est presentis. Nam que presentia sunt: minime sunt: cōsiliū autē est de dubijs. Quarta. Cōsiliū nō est p̄teriti. Nam nō potest cōsilio impediri p̄teritū ne ip̄m eueniat: aut disponi vt aliter eueniat. Quare qui post rem p̄petratā cōsiliū querunt: similes sunt eis qui accepto vulnere p̄tendunt ad sui defensionē cl̄speū. Quinta. Cōsiliū nō est impossibilis. Nemo enī cōsultat quomodo homo fiat lapis: cū id fieri minime possit. Sexta. Cōsiliū nō est necessarij. Vt huius: homo est aial: nā id nō potest nō fieri. Septima. Cōsiliū est mediōrū in finē: q̄ cōsultatiōe inquirunt vt p̄ illa ad finē pueniat. Octaua. Cōsiliū est finitū. Nam si infinita essent media q̄ cōsilio iuestigant: impossibile esset illa p̄transire: q̄re nō posset quispiā p̄ illa puenire ad finē suppositū. Nono. Cōsiliū est futuri. Nam id potest euenire et nō euenire: et p̄ cōsiliū exp̄t̄i aut vitari. Decima. Cōsiliū est cōtingētis. Nam cōtingēs potest esse et nō esse: et ratione cōsiliū vt eueniat aut nō eueniat disponi. Vndecima. Cōsiliū est eorū que sunt in nostra potestate. Nam que in nostra potestate collocata nō sūt: nō possunt nostro cōsilio dirigi. vt quomodo homo seniū aut mortē effugere possit: nō est exp̄t̄endū cōsiliū. Duodecima. Cōsiliū est incerti quo pacto eueniat. Nam quorū euetus certus et determinatus est: minime cōsilio determināda sunt. vt nō est inquirēdum cōsilio vtrū sol crastino die oriet: cū id naturaliter et certo eueturū sit. ¶ Quē vero ordinem seruet prudēs in cōsultādo: quattuor q̄ subnectunt regule declarāt. Prima. Prudēs supponit finem sui operis: p̄inde atq; viator supponit metā: et terminū sue p̄fectionis: neq; cōsultat quo debeat p̄ficisci. Secūda. Prudēs qua ratione quibusue medijs finis assequi possit: inquiri. Vt si finis p̄positus sit pax cū inimicis habēda: inquiri prudēs quibus modis possit ipsa pax cū hostib; cōciliari. Quē admodū aliquo p̄fecturus et vie ignarus: inquiri quo calle ad cōstitutū terminū sit p̄ficiscendū. Tertia. Si plura sint media assequendi finē: inquiri prudēs quod illorū mediōrū est expedientius. Vt si media assequēdi pacē cū rege inimico sint: certe pecunie numeratio: aut alicuius vr̄bis ad regis subiectionē accessio: aut cōiugiū: iuestigādū supeest quod illorū triū mediōrū est cōducibilis. Quē admodū si plures sint vie ad eundē terminū ducētes: sollicitē inquiri viator q̄ illarū est cōueniētior. Quarta. Si vnico medio optime finē assequimur: deinceps inquiri prudēs q̄liter quomodo e id mediū nāscamur. Vt si p̄ federa cōiugij: optata et p̄posita pax cōueniētissime haberi possit: p̄uestigare opus est quo pacto id mediū assequi possit. Sicut si vnica via ad metā cōstitutā peruenire potest viator: diligētē inquiri quo mō viā illā teneat. ¶ Demū diuidit prudētia in tres alias spēs: sc̄z bonā cōsultationē: sagacitatē et sententiā. Bona cōsultatio siue eubulia est prudētia qua recte ad totius vite bonū via qua oportet et tēpore cōueniētī cōsultamus. Et hec respicit primū prudentie opus sc̄z recte cōsultare. Fitq; aut ad bonū vni; hois aut familie aut ciuitatis: subdiuidēdo eā per tres spēs prius positas: et cōsimiliter eas diffiniēdo. Et sub duab; circūstātijs in hac diffinitione expressis sc̄z quomō et quādo: cetera circūstātie rōnis intelligēde sunt vt pote quātū: gr̄a cuius: quis cui: vbi: nā in bona cōsultatiōe: omniū circūstātiarū habēda ratio est. Sagacitas siue synesis est prudentia qua circa ea q̄ vt plurimū in legis positione institutione q; accidūt: recte iudicamus. Et hec dirigit ad rectā positarū legū intelligētīā: expositionē atq; interpretationē pro iustitia obseruāda. Sententiā siue gnome est prudētia q̄ in quibus lex ob vniuersale deficit: recte iudicat. Vt si posita sit lex quisquis alterū occiderit: capite mulctet. Sortes autē impetat a Platone infestissime: cogaturq; aut se defendere aut a platone obrūcari: quia nulla ei patet via ad fugiēdū. Ea necessitate p̄cussus fortes se defendat et infestū sibi platōnē p̄ter opinionē occidat. Deinde poscat ad supplicij plectēdus capite ob p̄petratā cedem: iudicabit prudēs p̄ hāc tertiā prudētie speciē (a qua quis dicif bene sentiens) legē illā positā esse in eos qui alios inuadūt et adoriētes interficiūt: et nō in illos qui se ab aliorū iuria defensant. proinde censebit fortē nō esse morti obnoxij: et legē nō adeo vniuersali intelligētia vt sonat esse accipiēda. Respōdetq; hec prudētia vni parti iusticie: que equitas et bonitas prius dicta est. Et he due postreme spēs ad secundū prudētie opus p̄tinēt quod est recte iudicare: et potissimū ad prudētīā ciuilē: q̄ i ea ponant leges et rectā exigāt explanationē. Eavero prudētia q̄ ad recte exequēdū ea q̄ rite iudicata sūt ē p̄ceptiua: tertioq; r̄ndet op̄i prudētie: nō habet speciale nomē quo vocef̄ impositū: sed cōmuni noie prudētie nūcupat: et nullo adiecto prudētia dicif.

- 1 Quid.
- 2 Quot prudentie opera.
- 3 Circa que.
- 4 An nō circa vniuersalia et singularia.
- 5 Circa quod magis.
- 6 Quo mentis virtutes conueniunt.
- 7 Quo differunt.
- 8 Quo prudētia a morali philolophia differt.
- 9 Ad quid prudentia et

- sapientia conducunt
vtilēsq; sunt.
- 10 Est ne sapientia potior prudentia.
 - 11 An virtus moralis sine prudentia.
 - 12 An prudentia sine virtute morali sit.
 - 13 An vna virtutum moralium sine alia qualibet esse possit.
 - 14 Qualis.

- prudentia saluat.
- 16 Quare sciētia et nō prudentie fie. potest obliuio.
 - 17 per quid virtus perficitur opera.
 - 18 Quando prudētia vtendum est.
 - 19 Et vbi.

Elementa. ¶ 2. Tria: recte cōsultare/recte iudicare/recte exequi mandare. ¶ 3. Circa hominis bona et mala in vita. ¶ 4. Actiones humane non modo particularium: sed et vniuersalium sunt. ¶ 5. Actio magis circa singula q̄ circa vniuersale versatur. ¶ 6. Omnis virtus mentis: mētem perficit. ¶ 7. Scientia/ intellectus/ sapientia/ necessariorum sunt: prudentia vero et ars/ cōtingentiū. Item prudētia actiuus est habitus/ars vero factiuus. ¶ 8. Moralī scientia in sola ratione consistit: appetitus rectitudinem non supponens. ¶ 9. Ad perficiendam mentem. ¶ prudentia et sapiētia mentis sunt perfectiones/atq; felicem perficiunt. ¶ 10. Virtus que nobilioris anime partis est: potior est. ¶ 11. Nulla moralium virtutum sine intellectus discretione (que quidē et sine prudentia non fit) esse potest. ¶ 12. Recta electio finis nō nisi a virtute proficiscit. ¶ 13. Quicumq; prudentiam habet: omnes moralium virtutū consecutus est. ¶ 14. Cōsultatiua/iudicatiua/preceptiua. ¶ 15. Temperātia. ¶ Id prudentia saluat: quod rectā extimationē cōseruat ¶ 16. Quod in sola ratione consistit: eius potest esse obliuio: nō autē eius/ quod simul appetitū rectū trahit. ¶ 17. per virtutē morālē et prudētia. ¶ Per id perficitur virtutis operatio: quod de fine rectam intentionē facit/ et quod media perucniendū ad finē monstrat. Virtus moralis rectam intentionem: et prudentia/ media prebet.

- 1 ¶ Prima q̄stio. Quid prudētia. Respōsio. Est oīno circa hoīs bona et mala vera cū ratione actiuus habitus. Et ita p ordinē: ceterorū interrogentē respōdeaturq; diffinitioēs. ¶ Secūda. Quot sūt prudentie opa. R̄sio. Tria: sc; recte cōsultare/ recte iudicare/ et recte exequi mādare. Et hec diuisio (sc; cut et cetera doctrinales) supponēda est. ¶ Tertia. Circa q̄ est prudētia. R̄sio. Circa hoīs bona et mala in vita. Nam circa ea et hoīs prudētes dicunt: et ipsius prudētie opatio laudat. Ita prudētia monastica circa vnus hoīs bona et mala versat/ et economica: totius familie/ Polytica vero totius ciuitatis. ¶ Quarta. An prudētia nō versat circa vniuersalia et singularia. Respōsio. Versat. Quia prudētia versat circa actiones humanas. Atqui actiones hūane nō modo singulariū: sed et vniuersaliū sunt. Nā leges et p̄cepta hūanarū opationū sunt vniuersalia: igit prudētia et circa vniuersalia/ et singularia versat. ¶ Quinta. Circa quod magis versat prudētia: an circa vniuersalia/ an ne potius circa singularia. R̄sio. Circa singularia. Nā prudētia ē actionū humanarū directrix. Actio autē humana magis circa singula q̄ circa vniuersale versat. Singula inquam/ id est singularia. Nam vniuersalia solum ponuntur in humane vite directione vt ex eis singularia deducantur/ quorū imprimis ¶ Sexta. Quo mentis virtutes cōueniunt inter se. Respōsio. Eo ipso q̄ omnes mentem perficiunt. Omnis enim virtus




perficit intellectus. Moralis perficit appetitum/queadmodum sanitas corporis ipsum corpus: ita et omnis virtus mentis perficit mentem/sicut clarissimi luminis fulgor: corpus diaphanum. Conducunt itaque omnes virtutes intellectus in hoc: quod intellectum/mentemque perficiunt. ¶ Septima 7
 Quo differunt ab invicem virtutes mentis. Responsio. hoc ipso quod scientia/intellectus et sapientia necessariorum sunt et impossibilius aliter se habere: ars vero et prudentia contingentiis et que aliter sese habere possunt. Preterea. Scientia conclusionum habitus est demonstratione acquisitus. Intellectus autem principiorum est habitus sine demonstratione comparatus. Sapientia vero et principiorum est et conclusionum habitus: non de quibusvis sed optimis nature entibus differentium. Demum ars/habitus effectivus: prudentia vero activus. Que omnia ex suis definitionibus eadem manifesta. ¶ Octava. 8
 Quo differt prudentia a morali philosophia. ¶ Responsio. Nam moralis philosophia in sola ratione/intellectusque cognitione consistit: appetitus rectitudinem non supponens id est non requirens ut appetitus sensitivus pareat appetitui rationali/et hic illi imperet. Potest enim quis habere philosophiam moralem/et omnia callere que Aristoteles de virtutibus pertractat: et tamen esse pravius. queadmodum intemperans interdum differit de temperantia: et illiberalis de liberalitate quam tamen auersat. Prudentia vero non in sola ratione consistit: sed preterea appetitus rectitudinem supponit. Nam ut quis sit prudens: debet eius appetitus esse moderatus virtutibus et omnino parere rationi. ¶ Nona. 9
 Ad quid prudentia et sapientia conducunt vtilisque sunt. Responsio. Ad perficiendam mentem. Nam prudentia et sapientia mentis sunt perfectiones ut sexta questio ostendit: et felicem perficiunt. Sapientia quidem felicem contemplativum: nam perficit partem mentis superiorem et speculativam. Prudentia vero felicem activum perficit. Ea enim inferiorem mentis partem perfectam reddit scilicet activam. Sunt igitur prudentia et sapientia vtilis ad perficiendam mentem. ¶ Decima. Est ne sapientia potior prudentia. 10
 Responsio. Potior. Nam virtus que nobilioris anime partis est: nobilior est. Sapientia autem nobilioris est anime scilicet contemplative/ que dignior est parte mentis consultativa cuius est prudentia: queadmodum necessaria contingentiis et celestia sensibilibus perfectiora sunt. Preterea Virtus que permanentior est et diuturnior: perfectior est ea que minus permanens est et diuturna. Bonum enim quanto diuturnius: tanto prestantius. Atque sapientia permanentior est et diuturnior quam prudentia. Nam prudentia hoc in mundo exordium sumit et finem: quia tantisper moderatur actiones humanas quamdiu in hac turbulenta mundi regione versamur. Nempe in celesti patria neque bellorum erunt terrores neque animi perturbationes aut fortune bona siue mala: quare ad ea recte moderanda illic prudentia opus non est/ sed ipsa in hac vita perficitur. Sapientia vero incipit in hac vita et continuatur in altera ubi nunquam finem est habitura. Et sane vita activa (cuius prudentia directrix est) est ut Martha illa evangelica que sollicita erat circa frequens ministerium: et turbabatur erga plurima. Vita autem contemplativa (cuius sapientia pandit introitum) est ut Maria que summe veritatis testimonio optimam partem elegit non auferendam ab ea. Unde constat magnam esse sapientie dignitatem que non modo hominem celestibus assimilat: verum etiam in terris mortalem adhuc vitam spirantem sacratissimis celestium choris admiscet/ animoque sublimia celi sidera transcendens euehit ad beatissima supramundanorum entium consortia. Concedat immensus sapientie fons mortalium corda hac diuina et que de celis tantum venit luce illustrari: quo ad diuinorum cognitionem/ venerationem et cultum rapiatur ardentius. Si enim huiusce diuini radij vel exiguus fulgor hominum mentes illustraret atque perfunderet: vix dici potest quanta pietate homines ad superna aspirarent: quibus votis et suspirijs imo vero et lacrimis hec infima penitus aspernati: sempiterna bona expeterent/ quod pulchro tenore ornatu et decore omnia hic ordinata conspicerentur: ut mortali in corpore homines celestem potius quam humanam vitam agere putarentur. Verum ignorantie caligine obducte et excecate mentes adeo hisce momentaneis herent bonis: que tamen si fugacia avidissime complecti et preter illorum naturam retinere contendunt/ ut diuinorum et verissimorum bonorum apud eos nulla habeatur ratio/ nulla prorsus existimatio: hec vna est vel maxima nostri morbi atque egritudinis causa quod cum prestantissima sint nobis bona que si volumus possideamus: minus tamen fortunati sumus quod ea non cognoscimus. Verissimum illud est/ et Delphico (ut ita dixerim) oraculo probatius. O fortunatos nimium (bona si sua norint) terrigenas. Ceterum quo pacto homines sua bona dinoscant: hec moralis philosophia (que precipuam de bono humano determinationem suscipit) manifeste dilucidat. ¶ Undecima. An virtus moralis sit sine prudentia. ¶ Responsio. Non. Quia nulla virtutum moralium sine intellectus discretionem atque diiudicationem inter bonum et malum esse potest. Non enim potest virtus moralis esse sine consultatione: que per intellectus discretionem fit. At ipsa intellectus discretio sine prudentia esse non potest: igitur neque illa virtus moralis est sine prudentia. ¶ Duodecima. 12

Martha.

Maria.

Quanta est sapientie dignitas.




An prudentia sit sine virtute morali. Responsio. Non. Nam rec-

ficiscitur. Atqui prudentia non fit sine recta electione finis/qui rectum supponit: circa quod si fuerit error/et circa media itidem que prudentia inquirat continget error: igitur prudentia non est sine virtute morali. Sed ut quis prudens sit: requiritur quod omnem virtutem moralem consecutus fuerit. Quod de prudentia perfecta et consummata (qua de hac questione loquitur) solum intelligendum est: quod circa omnem virtutem recte consultet/ iudicet et precipiat. Est enim prudentia/omnium virtutum moralium ars: sicut logica omnium argumentationum. Sed qui sola cognoscit argumentationis enthymematice formam/ignorans quo pacto consistat habeat syllogismum: non habet logicam/id est completam perfectamque argumentationis cognitionem/imo solum vnam et logice partem. Ut autem quis dicatur consummata ratione logicus: ut omnium argumentationum generatim cognoscat oportet. Ita qui solum novit consultare circa operationes fortitudinis aut temperantie: non idcirco perfectam habet prudentiam sed duntaxat eius partem. Qui vero circa omnium virtutum materias et obiecta promptus est recte consultare: hic prudens habendus est. Et ostendunt he due questiones pulchrum virtutum moralium cum prudentia nexum: ut eorum vnum ab altero se iugari non possit. Perinde autem quod ad ambulationem faciendam neque pedes sine oculis neque oculi sine pedibus conducunt: sed oculi pedes dirigunt/pedes vero ambulationem exercet. Ita perfecta prudentia dirigit et virtus moralis exercet officia. Quare admodum probe prudentia dicitur virtutum lucerna quod lumina prebeat quo operationes virtutum sint pagende: non dissimili prorsus ratione quam architectus/precipuusque operis moderator dirigit manu operarios atque artifices ad opus conficiendum. Artifices autem que ab architecto mandata sunt exequuntur. Enivero

- 13 prudentia ut virtutum omnium architectus est. Vnaqueque autem virtus ut artifex. ¶ Decimatertia. An vna virtutum moralium sine alia esse possit. Responsio. Non. Quia quicumque prudentiam habet: omnes virtutum moralium consecutus est/ut precedens questionis solutionem. Sed quicumque vnam virtutem moralem habet: etiam habet prudentiam ut vndecima questio ostendit. ergo quicumque vnam virtutem moralem habet: omnes virtutum moralium habet. Non igitur vna virtus moralis sine altera esse potest. Quod de consummata virtute morali et completa (sicut et de prudentia) intelligendum est. Nam auctores semper de perfectis loquuntur/imperfecta autem subterfunt. ¶ Decimaquarta. Qualis est prudentia. Responsio. Est consultativa/iudicativa/precipiativa: ut ex tribus eius operibus constat. ¶ Decimaquinta. Quid prudentiam saluat. Responsio. Temperantia. Nam id prudentiam saluat: quod rectam estimationem conseruat. Temperantia autem preter ceteras virtutes rectam estimationem conseruat: habet enim temperatus rectum iudicium/quia oculo mentis per eam virtutem bene dispositus est. igitur temperantia saluat prudentiam. Et diuerso intemperantia eam obscurat atque obnubilat. Nam vehementiores gustus et tactus perturbationes imprimis rectitudinem iudicii pervertunt. ¶ Decimasexta. Quare scientie et non prudentie fieri potest obliuio. ¶ Responsio. Nam eius quod in sola ratione et mentis cognitione consistit potest fieri obliuio: non autem eius quod simul appetitum rectum trahit. At scientia in sola ratione/animique consideratione consistit: rectitudinem appetitus non supponens. Potest enim peius eque atque bonus scientiam sibi asciscere/vendicareque. Prudentia vero non in sola consistit ratione: sed ultra eam/appetitum rectitudinem supponit. Potest igitur scientie esse obliuio et non prudentie. Preterea nobis semper obijcitur materia operandi per prudentiam: et huiusmodi operationis assiduitate impeditur in nobis eius obliuio. Non autem occurrit tam frequens materia considerandi per scientiam: quate considerationis intermissione et absentia exercitationis nonnunquam fit scientie obliuio.
- 17 ¶ Decimasextima. Per quid virtutis moralis perficitur operatio. Responsio. Per virtutem moralem et prudentiam. Nam per id virtutis moralis perficitur operatio: quod de fine rectam intentionem facit/et quod media perueniendi ad finem monstrat. Talis autem est virtus moralis et prudentia. Siquidem virtus moralis rectam de fine intentionem facit: et prudentia/media perueniendi ad ipsum prebet.
- 18 igitur per virtutem moralem et prudentiam perficitur virtutis moralis operatio. ¶ Decimaoctava. Quando prudentia utendum est. Responsio. Semper. Nam omni tempore indigent operationes non streper rectam consultationem dirigi. ¶ Decimanona. Vbi prudentia utendum est. Responsio. Vbi que Nam omni loco sunt nostre actiones prudentie regulis definiende atque determinande.

Eroica virtus ea est que supra nos existens: omnem supergreditur humana virtutem. Et qui hac virtute mortales superexcellunt/heroas/sanctos/diuosque nominamus. Qui vero flagitiorum magnitudine communes hominum malicias excedunt: feris/immanesque atque bestiales dicuntur. Sunt preterea qui inter efferatos/indisciplinatosque bar-



Questiones

- baros moranos tracta: qui ob morbos: ob lesiones principij: ob naturalem complexione: vt atrabilem: et naturale viciu: ita appellari consueuerunt.
- | | | |
|-------------------------|--------------------------|------------------------|
| 1 Quid | 6 Qui bestiales sunt | 10 An sepe diui ferue |
| 2 Quot virtutis heroice | deteriores. | fiant homines. |
| species. | 7 An ne viciu humanu | 11 Quando heroica vir- |
| 3 Quot modis homines | feritate sit deterius. | tute opus est. |
| feri dicuntur. | 8 Qualis. | 12 Et vbi. |
| 4 Circa que. | 9 Quam anime partem | |
| 5 Quid ei contrariu. | perficit heroica virtus. | |


Elementa.

Elementa. ¶ 2. Quot virtutis species: presertim que magnitudinē/excellentiamq; admittunt. ¶ 3. Quattuor: malicia/cōsuetudine/morbo/cōplexione. ¶ 4. Heroica fortitudo circa timores et fiducias. heroica tēperantia circa gustus ac tactus voluptates atq; tristitias: et ita de reliquis. ¶ 5. Feritas. ¶ Maxime virtuti: pessimum viciu oppositum est. ¶ 6. Feri/bestialesq; malicia. ¶ Quod cū electione et ratione corrupta malū est: ipsum deterius est. ¶ 7. Ferus morbo/principij lesione/aut cōplexione: neq; intellectū neq; rationem habet: qua feralem/bestialemq; impetum cohibeat atq; frenet. est tamē feritas quid vicio humano horribilius. ¶ 8. Laudabilissima et honorabilissima. ¶ Optima virtus laudabilissima et honorabilissima est. ¶ 9. Heroica virtus moralis: appetitū rationalē perficit/intellectualis autē: intellectū. ¶ 10. Optimam virtutū attingere difficile: pariter et in extremum malum incidere. ¶ 11. Semp optima virtute opus est: maxime tamē cū feritates veniūt reprimende.

h Heroica virtus diffiniē esse virtus supra nos existens secundū dignitatē et excellentiam: qua excedit humanā circa virtutū studia cōsuetudinē. Et ea hoibus quidē cōuenit: sed humanū et cōsuetū apud hoies sua magnitudine sublimitateq; exuperat modū. Quare a ceteris virtutibus nō distinguit nisi sicut magnū et excellens a mediocri: et clarissimū lumen a lumine sublustri. Ambitq; et cōplectit virtutes oēs tam morales q̄ intellectuales. Nam quedā est fortitudo heroica/temperantia heroica: vt candidissima sacratissime virginis Marie virginitas. Admiranda diui Ioannis baptiste abstinentia atq; sobrietas. quedam liberalitas heroica: vt in exordio nascentis fidei sanctorum apostolorum et eorum qui venditis omnibus que poss debāt precium ad pedes apostolorum posuerūt/in spiritus paupertate deo militaturi. Sic quedam est magnificētia heroica/et quedam magnanimitas vt sanctorum martyrum: qui sua patientia inhonorationes omnes et tormenta pro fide sustinuerunt. quā vt sanguinis effusione comprobarent: mortē quoq; perferre non dubitarunt. Et ita de ceteris virtutibus: quarum heroicā/diuinamq; excellentiam in domino nostro/domino virtutum et exemplari summo cumulissime est inuenire. Heroes autem sunt qui heroica virtute mortales superexcellunt: quos appellatione latina sanctos et diuos nominamus/eosq; pro suarum virtutum magnitudine positis aris veneramus: ad quorum sanctitatem/excellentiamq; demonstrandam deus signa et miracula per eos facere dignatur. ¶ Heroice quidē virtuti opponitur feritas/imanitas siue bestialitas: que est viciu quo quis flagitiorum magnitudine cōmunes hominū malicias excedit. Et omnia ambit vicia tam in superabundantia q̄ in defectu constituta. Est enim quedam fera audacia/intemperantia: prodigalitas/circa decorū ruditas/lentitudo vt Alexandri magni/regis Nabugodonosor et ceterorū qui diuinos sibi honores exhiberi voluerūt/seq; deos haberi. Ita qdā est fera timiditas/insensibilitas/illiberalitas/pusillitas/pusillanimitas. Propter q̄ imania scelera legis grauis dei punitio i hoies facta: vt ppter ferā intemperantiā diluuiū imissum sup terrā: et quinq; vrbes sulphureo incēdio euerse/ ppter ferā lentitudinē rex Nabugodonosor i bestia cōuersus. Neq; huiusmōi flagitiorū grauitatē diuina iustitia diu relinqre solet ipunitā. Nam vt heroica virtus pxime ad diuinorū imitationē accedit: ita feritas imanitasq;

Christi para
virgo maria
Ioānes bap
tista.

Alexander.
Nabugodo
nosor.



q̄maxime ab ea recedit/ & ad tenebrose regionis assimilationē d
 nō solet. Et feri imanes atq; bestiales sunt: qui flagitiorū m̄...udine cōmunes hoīm... ilicias
 excedunt. Quales Nero/Busiris/Diomedes trachus/et Phalaris Agrigentīnorū tyranni... fuisse Nero.
 memorant. ¶ Preterea ponuntur tres modi eorū qui non ex malicia sed alia quavis de... sa ferū Busiris
 immanes atq; bestiales dicunt. Primus eorū qui inter efferatos/indisciplinatoiq; barbaro... norā Diomedes
 di cōsuetudine tracta eorū efferos mores imitant. vt qui inter Massagetas educatus fuerit... san: Phalaris
 guinē equinū potat aut carnibus humanis vescit: hoc modo ferus est/ita qui apud Sarmat... Ga
 ramātas aut Sauromatas diu versatus fuerit: & barbaros eorū mores sectat. Secundus est eo...
 qui ob morbos graues & lesionē p̄cipiū/idest cerebri: imanes dicunt q; more ferarū scilicet in ho
 mines/ & horrenda cū morbo tentant cōmittāt. Tertius est eorū qui ob naturalē complexionē vt
 atrā bilē que melancolia dicitur/ & viciū natura insitū: imanes & feri dicunt. Vt qui ex atre bilis abū
 dātia fiunt Maniaci aut lymphatici: & ferro obuincunt ne obuia queq; discernant aut in hoies se
 1 uiant. ¶ Prima questio. Quid virtus heroica. Responso. Est virtus que supra nos existēs/ oēm su
 2 pergredit humanorū virtutē. Et ita per ordinē cetera que prius diffinita sunt interrogent. ¶ Se
 cunda. Quot sunt virtutis heroice species. Responso. Totidē/ quot virtutis species: presertim que ma
 gnitudinē excellentiāq; admittūt. Quod adiectū est p̄pter comitatē/ atq; feruile & consimiles
 que magnitudinis & excellentie rationē non admittūt: idcirco neq; comitas heroica neq; ars feru
 lis heroica ponenda est. Et hec responso manifesta est ex eo q; dictū est virtutē heroicā oēs virtu
 3 tes ambire. ¶ Tertia. Quot modis hoies feri dicunt. Responso. Quatuor modis. Primo dicuntur
 4 feri malicia & ex animi vicio. Secūdo. cōsuetudine habitādi inter barbaros. Tertio. morbo aut le
 sione p̄ncipiū. Quarto. naturali cōplexiōe. Qui quidē quatuor modi nunc declarati sūt. ¶ Quar
 ta. Circa que versat virtus heroica. Responso. Circa eadē/ circa que virtutis species versant. Vt he
 roica fortitudo circa timores & fiducias/ heroica tēperantia circa gustus & tactus voluptates atq;
 tristitias: et ita de reliquis. Nā circa hec ipsius virtutis heroice operatio laudat atq; commendat.
 5 ¶ Quinta. Quid virtuti heroice cōtrariū est. Responso. Feritas. Nā maxime virtuti pessimū viciū
 6 nes hoīm malicias. igitur feritas contrariatur heroice virtuti. ¶ Sexta. Qui bestiales sunt deterio
 res. Responso. Feri bestialesq; malicia. Nā quod cū electione & ratiōe corrupta malū est: ipsū de
 terius est. Feritas autē malicia/ est malū cū electiōe & ratiōe corrupta. Feritas vero ob consuetu
 dinē/ ob morbū/ ob cōplexiōe: nō est cū electiōe & ratiōe corrupta sed ob aliud quiddā. Igitur fe
 7 ri bestialesq; malicia sunt deteriores. ¶ Septima. An ne viciū humanū feritate sit deterius. Respo
 sio. Si feritas sumat pro feritate que est ex malicia: ipsa longe est vicio humano deterior/ imo vero
 oīm viciorū teterrima. Si vero capiat pro feritate que est ex consuetudine/ morbo/ lesione p̄ncipi
 p̄i/ aut cōplexiōe (quē admodū p̄batio innuit eā capi debere) viciū humanū est huiusmodi ferit
 ate deterius. Nā quod intellectū & ratiōe habet qua appetitū & cōcupiscētias refrenet/ & quod
 quis si vult effugere potest: est deterius eo quod quis effugere pro suo arbitrio non potest/ neq; in
 tellectū & ratiōe habet qua id refrenet. Sed qui vicio humano peccat potest illud si vult euitare/
 habetq; intellectū & ratiōe ad refrenādū appetitū. Fer^o autē morbo/ p̄ncipiū lesiōe aut cōplexiōe:
 neq; intellectū neq; ratiōe habet qua ferale/ bestialēq; ipetū cohibeat atq; refrenet: neq; in potesta
 te cuiusq; cōstitutū est vt eā feritatē si velit euitet. igit huiusmodi feritate viciū humanū deteri^o est:
 Attamē talis feritas est quid vicio humano horribilius. Nā ipsa feritas aspectibus humanis incu
 8 tit horrorē: quē nequaquā infert viciū humanū. ¶ Octaua. Qualis est heroica virtus. Responso. Est
 laudatissima & honorabilissima. Nā optima virtus: laudatissima & honorabilissima est. Si eni virt^o
 digna sit laudari & honorari: potior virtus laudatior est & veneratior/ & optima virtus laudatissi
 9 ma est & honoratissima. Virtus autē heroica est optima virtus: ipsa igit laudatissima est & honora
 titū rationalē p̄ficit: intellectualis autē/ intellectū. Nā ois virtus/ id cuius est virtus p̄ficit. Sed he
 roica virtus moralis est ipsius appetitus rationalis & in eo vt subiecto: igit ipsū p̄ficit. Et heroica
 10 virtus intellectualis est ipsius intellect^o & in eo vt subiecto: igit p̄ficit intellectū. ¶ Decima. An
 sepe diui/ ferue fiant hoies. Responso. Nō sepe sed raro admodū. Nā optimā virtutū attigere dif
 ficile est: pariter & in extremū malū incidere. Atqui heroica virtus est optima virtutū / feritas autē
 11 extremū malū: igit difficile est hoies aut diuos aut feros fieri/ idq; nō sepe numero cōtingit. ¶ Vn
 decima. Quādo heroica virtute opus est. Responso. Semper. Nā semper optima virtute opus est:
 maxime tamen cū feritates veniūt reprimēde/ que per heroicā virtutū excellentiā & claritudi
 f v

Questiões



nē repelluntur: lucis immēso fulgore dense diffugiūt tenebre ¶ Duodecima. 12
 Vbi hec virtute opus est. Reip. Vbiq. Nā oī in loco optima virtute opus est: precipue vbi
 feritas sunt reprimēde. Et diuina bonitas eo loco & tēpore: heroū diuorūq; eximias virtutes fe
 cit clarere: quo immanes & feri suam exercuerunt bestialitatem: vt horum immanitates / illo
 rum excellenti bonitate retunderentur reprimerenturq;

Continentia
 VII


Continentia est cū quis ratiōi parēs / vehemētes gustus ac tactus dele
 ctationes ad turpe trahētes superat. Qui vero tristitiis resistens non
 vincitur: perseuerans est. At qui ob passionē non ob electionē: volu
 ptatū gustus aut tactus sequit̄ abundātiās: incontinēs. Qui si ob cōsultatio
 nis defectū vincunt̄: temerarij. Si vero deliberatione prehabita ob perturba
 tionē non persistunt: tandē victi: debiles / infirmi q; dicūt̄. Qui autē a leuibus
 tristitiis superantur: molles sunt. q; si ad laborē fugiendum id fiat: delicati.

Questiōes.

- | | | |
|----------------------|------------------------|-------------------------------|
| 1. Quid. | 9. Quo differt cōtinen | 16. An incontinēs simplici |
| 2. Quot incōtinen | tia a temperātia. | ter malus sit. |
| tiū modi. | 10. Quo incōtinens | 17. Nonne continens |
| 3. Qui deteriores. | ab intemperato. | opinionī vere: per |
| 4. Circa que. | 11. An belue incon | se immanet. |
| 5. An circa delecta | continentes sint. | 18. Vtrū icōtinēs: ex cōsilio |
| bilis contra natu | 12. Nōne itēperās de | recte rationis agat. |
| rā: sit simpliciter | terior incōtinēte. | 19. Quis facilius sanat: in |
| incontinentia. | 13. Nonne incōtinē | contingens natura / |
| 6. Nōne cōtinētia q̄ | tia tactus: inconti | consuetudine / aut |
| pseuerātia potior. | nētia ire turpior. | intemperans. |
| 7. Nōne mollis icōti | 14. An contingit eū | 20. An ois q; a fortibus de |
| nente deterior. | dē incontinentē | lectatiōibus aut dolori |
| 8. Nonne cōtinētia / | esse et prudentē. | bus vincit̄: icōtinēs sit. |
| laudabilis medio | 15. Qualis ad ludū | 21. Quando et vbi cō |
| critas est. | propensior. | tinere oportet. |

Elementa

¶ Elemēta. ¶ 2. Quatuor. Temerarij / infirmi / molles / delicati. ¶ 3. Temerarij
 et molles. ¶ Qui magis volūtariē peccāt, & qui minori occasiōe / debilioriq;
 passione vincuntur: deteriores sunt. ¶ 4. Circa voluptates atq; tristitias gu
 stus ac tactus. ¶ 5. Qui rationē ad repellendas concupiscentias sufficientem
 non habent: non simpliciter incontinentes dicūtur. ¶ 6. Vincere q̄ non vinci
 potius est. ¶ 7. Et qui a leuioribus vincit̄ perturbatiōibus: deterior ¶ 8. Vbi
 cunq; superabundātia atq; defectus (que vituperamus) reperiūtur: et illic lau
 dabilis mediocritas reperitur. ¶ 9. Continentia cū passione est: tēperantia ve
 ro non. ¶ 10. Intēperatus voluptates gustus aut tactus per habitū et electio
 nē sequit̄ / appetitū habet corruptū / quē neq; facti sequitur penitudo: quin po
 tius operis delectatiō. ¶ 11. Id quod rationē non habet / neq; electionē: incon
 tinens nō est. ¶ 12. Qui turpe operatur sed quē peccati non penitet: deterior
 est. Et malū continuū et latens: deterius ¶ 13. Quod rationē nō sequitur / qd
 minus naturale: iniustius. Et cui magis irasci dignū est: turpius. ¶ 14. Nō cō
 tingit eundē simul esse studiosū et incōtinentem. ¶ 15. Qui quietē querit et



laboris relaxationē: mollis est. ¶ 16. Cuius electio ... simpliciter ma-
 lus est. ¶ 17. Contínens opinioní vere immane ... propter alterú. ¶ 18. Nul-
 lus recte rationis consilio ductus: turpe operatur. ¶ 19. Incontínens con-
 suetudine q̄ natura: et incontínens natura q̄ intemperans. ¶ Facilius consue-
 tudinē q̄ naturā est mutare. In quo principiū corruptum est: vix sanari potest.
 in quo vero saluum: potest. ¶ 20. Qui a fortibus (vt potest) renitens au-
 luptatibus aut tristitiis vincitur: is non vituperatur.

De continentie diffinitionē intelligendā id supponere oportet quod in principio dictū est:
 a in hoie duas esse potentias appetitivas sc̄z rationē & appetitū sensitivū. Quarū ratio ad
 bonū semp̄ rectūq; conat̄ & trahit. Appetitus veto sensitivus ad mundanas & sensū de-
 mulcentes rapit illecebras. Qui cū dormit nō fuerit / rationē ad se pertrahēs: similis est fere indo-
 mite que hoie pro arbitrio secū quocūq; rapit. Cū vero dormit fuerit per rationē: similis est man-
 suete fere que suo paret dormitori / secū manu prestat tractabilē / quocūq; volet homo: parata se fer-
 re. Est preterea ratio vt dominus: appetitus autē sensitivus vt servus. Est eni appetitus suapte natura
 ipsi rationi subiectus. Et cū voluntatē que ad dominandū data est superat: tunc tāq; servus domi-
 nū trahit captivū. Philosoph⁹ autē cōparat rationē ad patrē: & appetitū sensitivū ad filiū. Appeti-
 tū quidē concordē rationi: ad filiū bonū / patriq; morigerū. Discordē vero: ad filiū rebellē & contu-
 macē qui patrē in vincula cōiicit. In sup̄ assimilat Aristoteles rationē ad magistrū & pedagogū: ap-
 petitū autē irrationalē ad discipulū. Vt eni discipulus a p̄ceptore castigādus est: alioqui insolēscet
 fietq; intractabilis. Ita & appetitus a ratione debet reprimi atq; frenari: quod nisi fiat / raptetur si-
 ne modo preceps ad cupiditates / & ipsā rationē rectā pessumdabit atq; opprimit. Cū itaq; acris
 est pugna inter appetitū pervehemētes gustus ac tactus delectatiōes ad turpe trahentē / et rationē
 reluctantē / renitentēq; turpi: & cū quis appetitu frenato ratioi paret ac obedit / neq; p̄petrat turpe
 ad quod per appetitū illicitur: ea passio qua quis rationi morē gerit / & delectatiōes ad turpia im-
 pellentes superat: dicit̄ continētia. Que quidē non est virtus sed via ad virtutē: vt pote tēperantiā
 ad quā animū preparat. Et in diffinitionē continētie sub delectationib⁹: tristitiis gust⁹ & tactus com-
 prehendi debent / que nō minus q̄ delectatiōes ad turpia trahūt. In disciplinis eni vnū oppositō-
 rū sub altero / & negatio sub affirmatiōe cōprehendit̄. Neq; ab ratioe dictū putet̄ in diffinitionē / ve-
 hementes delectatiōes: quoniā si leues / debiles et infirme fuerint / & quis eas superauerit: nō idcir-
 co continēs dicit̄. Quisquis huiusmodi delectationib⁹ et tristitiis vehementib⁹ resistens non
 vincitur q̄ quis eas non superet: is p̄seuerās est. Quocirca ois continēs est p̄seuerās: & non ediuerso.
 Quicunq; eni superat vehementes delectatiōes aut tristitias ad turpe trahentes: ab eis nō vin-
 citur. Sed si quis q̄ nō superat a tristitiis aut voluptatibus: nō p̄tinus consequit̄ ipsū eas voluptates
 aut tristitias vincere. quēadmodū quisquis superat hostē / non superat ab hoste: non tamē oportet
 oēm qui non superat ab hoste / ipsū hostē superare. Est itaq; ois continēs / p̄seuerās: nō tamen ois
 p̄seuerās est continēs. ¶ Porro continētī opponit̄ incontínēs: & est qui ob passionē / p̄turbatio-
 nemq; animi et nō ob electionē: voluptatū gustus ac tactus sequitur abundantias. Vt cū grauis est
 pugna inter appetitū irrationalē ad turpia trahentē et rationē obluquantē atq; reclamantē: et quis
 ratione neglecta victus cupiditatibus suis p̄trahit̄ ad ea que suadet appetitus sensitivus: is est in-
 continēs. Et huiusmodi passio qua appetitū irrationalē sequit̄: dicit̄ incontínētia / que via quedam
 est ad intēperantiā. Adiectū est in predicta diffinitionē / ob passionē et non ob electionē: quo exclu-
 datur ab incōtinentis ratioe intēperās. Is eni ob electionē & ex p̄posito / deditaq; opera volupta-
 tū gustus & tactus sequit̄ abundantias. ¶ Deinde diffiniūt̄ incontinentiū quatuor modi: sc̄z te-
 merarii / debiles / molles / et delicatī. Temerarii sunt incōtinentes qui ob consultatiōis defectū vincū-
 tur / quicq; insurgēte motu cōcupiscentie non consultāt an id quod suadet cōcupiscentia faciendū sit
 nec ne / sed sine consultatiōe acquiescūt appetitui: p̄similes illis qui vincunt̄ ab hoste q̄ illi nō res-
 sistant / vbi si resisterēt forte eū superarēt. Debiles autē et infirmi sunt incontinentes qui delibera-
 tione prehabita ob perturbationē non persistunt tandē victi. Et assimilantur eis qui i principio qui
 dem hosti acriter resistunt: cui tandē defectis viribus succūbunt. Qualis fingit̄ medea apud Ouidi-
 um primo consultās an deserto patre & solo natali Iasonē exterū & alienigenā cuius vehemen-
 ti amore capta fuit sequi deberet: sed tandem amoris perturbationē victa succubuit appetitui. Al-
 ternantq; vices in sua consultatiōe nunc ratio nunc concupiscentia: hoc modo.

Quo duo sūt
 in hoie ap-
 petitus.

Aristoteles

Quid incō-
 tinens.

Quatuor in
 continētī
 m. di.

Medea
 Iason
 Ouidius



Continentia

Ra. *Ex parte vii. pectore flammis.*
Sed otes infelix: si pollem / saltem.
 Ap. *Sed trahit inuitam noua vis: alludq; cupido*
Nonns allud suadet: video meliora / probaq;
Posterora sequor. Ra. Quid in hospite regia virgo.
Teris / et thalamos alieni concupis orbis?
Quoq; terra potest quod ames dare. Rursum.
 Ap. *Quem nisi crudelem non tangat Iasonis etas*
Et genus et virtus / quem non (vt cetera desint)
Forma mouere potest: certe mea pectora mouit.
 Ra. *Ergo ego germanam / fratremq; patremq; / deosq;*
Et natale solum ventis ablata relinquam?
 Ap. *Nempe pater seuus: nempe est mea barbara tellus.*
Frater adhuc infans: stant mecum vota sororis. Deinde seipsam hortatur.
Quid tuta times? accingere et omnem
Pelle moram / tibi se semper debet Iason;
Te face solemni iunget sibi / perq; Pelasgas
Setuatrix vrbes matrum celebrabere turba.
 Ra. *Coniugium ne putas / speciosaq; nomina culpe*
Imponis Medea tue? quin aspice quantum
Aggrediare nefas / et dum licet effuge crimen.

Et Scylla filia Nisi amore Minois Cretensiu regis capta: primu consultat apud Ouidiu an amori indulgere debeat / aut illu animo excutere. Deinde labascens non psistit in recte ratiois determinatio ne: sed amor manus dat victas. ¶ Molles sut incotinetes qui a leuibus tristitiis vincunt. Et iis coparant qui ab infirmo & debili hoste superant. Vt si quis secundu recte ratiois determinatione et ecclesiastica instituta abstineat a cibo: cui ex voluptatu absentia suboriatur tristitia. Et is ab huius modi dolore rapta ad voluptates gustus / sumenduq; cibum: non curans tale tristitia animo pellere / is dicif mollis. ¶ Delicati sunt incotinetes qui ad labore fugiedu a tristitiis vincunt. Et persimiles sunt illis qui ad fugiendos resistendi labores / & acerbitate pugne sinut se ab hoste superari: maluntq; turpiter vinci q; cu labore & diligetia resistere. Vt si quis vincat a cupiditate cibi & potus ad fugiendos ieiunij & abstinentie labores: eamq; difficultate que in carnis refrenatioe / repressioeq; concupiscetie est tolerada. ¶ Prima questio. Quid continetia. Respõsio. Est passio qua quis rationi parēs: vehementes gustus & tactus delectatioes ad turpe trahetes superat. Et ita cetera que nunc diffinita sunt / per ordinē querant. ¶ Secunda. Quot sunt incotinetiū modi. Respõsio. Quatuor: scz temerarij / infirmi / molles / et delicati: qui modo declarati sunt. ¶ Tertia. Qui incotinetiū sunt deteriores. Respõsio. Temerarij & molles. Nā qui magis voluntarie peccat / & qui minori occasione debilioreq; passione vincunt: deteriores sunt. Atqui temerarij & molles magis voluntarie peccat / et minori occasione debilioreq; passione vincunt q; infirmi & delicati. Nā temerarij ob consultationis defectū vincunt: qui si curassent consultatione vt oportuit facere / vicissent concupiscentia. Debiles autem et infirmi consultant: quemadmodum Ouidius de Medea dicit.


Concipit interea validos Octias ignes
 Et luctata diu / postq; ratione furorem
 Vincere non poterat: frustra Medea repugnas.

Molles vero a leuibus voluptatibus & tristitiis superantur. Sed debiles & delicati a vehementib;: igitur temerarij & molles sunt infirmis & delicatis deteriores. Quēadmodū maiori vituperio dignus est qui arma capere negligit hostiq; resistere / aut qui a debili hoste superat: q; qui supis armis primo congressu resistit & tandē ab acri & valido superat hoste. Est eni concupiscetia effrenis vt assiduus & acerrim⁹ hostis. Consiliū vero animi antefactū vt lorica muniēs pectus / & arma quib⁹ hostis contudatur. Et hic temerarij non sumit pro audaci & eo qui plus equo confidēdo exuperat: quo modo forti in abudantia opponi dictus est. sed pro incotinete (vt modo diximus) qui ob consultationis defectū vincit. ¶ Quarta. Circa que versant continetia & incotinencia. Respõsio. Circa voluptates atq; tristitias gustus & tactus. Nā circa eadē est cōtinetia & incotinencia / circa que est temperantia & intēperantia: ad quas tandē he passioes (si quis in eis persistit) perducunt. Atqui tēperantia & intēperantia versant circa voluptates & tristitias gustus & tactus: vt cū de ipsis fietet detet

Scylla
 Nifus.
 Minos

Questioes

Ouidius
 Medea



minatio dictū est. Igitur continētia & incōtinētia etiā circa easdē ver
 habitus. Nā tēperantia & intēperantia circa eas verianf ex ele
 5 ex passiōe. ¶ Quinta. An circa delectabilia contra naturā s. ...mpliciter cōtinētia aut inc
 Responſio. Nō. Dicunt autē delectabilia contra naturā: que non suapte natura sed alicu
 ctione aut morbo delectabilia sunt. vt esus carbonū/ terre/ carnis crude suapte natura ne
 delectationē: mulieri tamē grauide ex morbo & affectiōe est delectabilis. Si itaq; Phalaris
 ret desiderio comedendi puerū & suo animo indulgeret/ puerūq; manducaret: nō diceret
 ceter incōtinēs. Et si abstineret ab esu pueri: non idcirco dicendus esset cōtinens. Similiter
 grauida afficiat cupiditate comedēdi terrā aut carbones & sue cōcupiscētie condescendēs com
 dat: non idcirco est simpliciter incontines. Et nullis abſtineat: non est dicenda continens. Patet
 responſio questiōis. Nā qui rationē ad repellendū concupiscētiā sufficientē non habent: non sim
 pliciter cōtinētes aut incontinētes dicunt. At qui afficiunt delectabilibus cōtra naturā: rationem
 ad reprimentā concupiscētiā sufficientē non habēt. Nā morbus aut affectio nimīū contra ratio
 nem inualeſcit. Et siquādo abſtinēt ab his quorū afficiunt desiderio: non id faciūt ratione dirigēte
 et moderatē appetitū sed eorū passiōe paululū remissiore facta et languescēte. Habent enī quedā
 lucida interualla/ suarūq; affectionū intermissiōes. Quēadmodū vbi sol prius fuit obductus nubi
 bus: interdū repurgatus clarū diffundit radiū & rurſū nubibus obtegit. Nō igitur circa delectabilia
 contra naturā est simpliciter continētia aut incōtinētia. Verūtāmē tales cū adiectiōe et secundum
 quid dicunt continētes aut incontinētes: vt continētes a delectabilibus contra naturā/ & conti
 6 nentes circa delectabilia contra naturā siue incōtinētia fera/ & non humana. ¶ Sexta. Nōne con
 tinentia q̄ pseuerantia potior est. Responſio. Est. Nā vincere q̄ nō vinci potius est. Continentia autē
 vincit vehemētes passiōes ad turpe impellētes: quare ab eis non vincit. Perseuerantia autē nō vin
 citur ab huiusmodi passiōib⁹: sed nō semp vt huiusmodi/ eas vincit. Igitur cōtinētia potior est q̄ ps
 7 feuerantia. Perinde ac maiori laude dignus est miles qui hostē deuicit: q̄ qui equis viribus cū eo cō
 tendēs/ victus quidē non est sed nō p̄strauit hostē. ¶ Septima. Nōne mollis est incontinēte dete
 rior. Responſio. Est. Nā qui a leuiorib⁹ vincit p̄turbatiōib⁹: est deterior. vt qui a debiliore vincit ho
 ste: magis vituperādus est. Mollis autē a leuiorib⁹ vincit p̄turbatiōibus q̄ incōtinēs qui a passiō
 nū vehemētia trahit ad illecebras. igitur mollis est incontinēte deterior. Nō quidē oī incontinēte:
 cū & ipse mollis sit incontinēs/ vt secūda q̄stio ostēdit: sed incōtinēte qui idē non sit mollis: vt teme
 8 ratio debili & delicato. ¶ Octaua. Nōne cōtinētia/ laudabilis est mediocritas. Responſio. Est. Nā
 vbi cūq; superabundantia & defectus (que vituperant) inueniunt: & illic laudabilis mediocritas re
 peritur. Sed in passiōib⁹ trahentibus ad voluptates aut tristitias gustus & tactus inuenit superab
 bundantia scz incōtinētia: & defectus scz incōtinētie defectio siue cupiditatū vacuitas/ que dispo
 nit ad insensibilitatē. sed quia rara est inter hoies: idcirco non exprimitur/ sed sub suo opposito scz
 incōtinētia cōprehendit. ergo in huiusmodi passiōibus est laudabilis mediocritas vtpote cōti
 9 nentia. Est igitur continentia/ laudabilis mediocritas. ¶ Nona. Quo differt continētia a tēperan
 tia. Responſio. In hoc q; continētia passio est: tēperantia vero non/ sed habitus. Preterea continētia
 est cū passione et p̄turbatiōe animi trahente ad turpe. Nā in continēte est pugna ratiōis cōtra ap
 petitū reluctatē rationi. Temperantia vero est sine passione affectioneq;. Neq; in tēperato est ob
 luctamen et discordia appetitū sed concordia: appetitus quidē obsequētis/ & ratiōis dominan
 tis. Quare temperantia longe perfectior est & laudabilior / que nō modo superauit hostē: sed etiā
 reddidit subiectū/ & obsequētē atq; amicū ei cui prius insultauit. Continētia vero nondū ad id per
 fectionis euecta est: sed superat quidē hostē renitentē adhuc & pro virib⁹ rebellantē. Itaq; in tēpe
 rantia/ cōsummata est victoria/ pax/ tranquillitas/ concordia appetitū. In continētia vero nondū
 perfecta est victoria/ neq; tranquillitas/ neq; cōcordia. Que tādē ei futura est: qui in huiusmodi cer
 tamine tantisper p̄stiterit donec tēperatus euaserit. ¶ Decima. Quo differt incōtinēs ab intēpera
 10 to. Responſio. Primo. Nā intēperatus voluptates gustus & tactus per habitū & electionē sequitur.
 Incontines vero non: sed solū per affectionē & passiōē animi. Secūdo. Quia intēperatus appeti
 tū rationalē habet corruptū/ rationēq; deprauatā. Incontinēs autē nondū habet appetitū corru
 ptū: imo & sanū habet consiliū & rectū iudiciū/ quo iudicat ea non esse faciēda que facit. Verū per
 turbatiōe victus nō sequit huiusmodi iudiciū neq; reteratiōi cōformiter operat. Tertio. quia in
 tēperatū nō sequit turpis facti penitudo: quin potius operis delectatio. Nā turpes operationes
 procedentes ex habitu secū habēt annexā delectationē: que signum est perfecte malicie. Incontinē
 tem autē/ turpis facti sequit penitudo. Nā ducit penitētia operis p̄petrati: doletq; se illud admisit


Que sūt de
 lectabilia
 contra na
 turam:

Q tēperan
 tia longe p̄
 fectionis est q̄
 cōtinētia.



se. Quod si malitiam non complet. Verū si incōtinēs cōtinuet operatiōes incōtinētie / paula
 tim imitatur & delectatur in illa. ¶ Unde. An belue sint incōtinētes. Respōsio. Nō. Quia illud quod ra
 tionē non habet neque electionē: non est incōtinēs. Belue autē neque rationē habēt neque electionem.
 Nā si una earū potentia est appetitus sensitivus: cuius sequētes cōcupiscentiā agūt secundū p
 priam naturā. Igitur belue nō sunt incōtinētes: quia voluptatū/tristitiarūque gustus & tactus se
 quarum exuperantias. Et id sane non sine ratiōe fit. Nā non sunt nate esse cōtinētes: cū brutis nichil
 horum sit & nichil turpe ad quod trahant. Cuiusque autē nō est natū cōuenite vnū oppositorum:
 neque alterū eidē cōuenite natū est. ¶ Duodecima. Nōne intēperans est deterior incōtinēte. Re
 sponso. Est. Primo. Quia qui turpe operatur sed quē peccati nō penitet: deterior est eo qui operatur
 quidē turpe & postea ducit peccati penitudine. Nā huiusmodi penitudine facilius quis a malo auer
 ti potest & cōuertit ad rectā viā: modo in ea perstet. Sed intēperatus turpe operatur & eū peccati nō
 penitet. Incōtinētē autē penitet facti: igitur intēperatus est incōtinente deterior. Secūdo. malum
 continuū & latēs: deterius est malo quod interruptionē habet & sic prodit aperte. quēadmodum
 morbus continuus & latens in corpore: deterior est morbo habēte intermissionem & manifesto.
 Atqui intemperantia malū est continuū & latens interius. Nā intēperat⁹ psequitur cōtinue volupta
 tū exuperationes/illalque totos dies & noctes assidue appetit. Neque aliquod sui mali ostēdit in cor
 pore signū: quia deperdidit pudorē: & nō mouet passiōe. Incōtinētia vero malū est nō continuū
 & patens. Nā incōtinēs cessante pturbatiōe animi nō psequitur delectatiōes quas prius psequēba
 tur: imo detestatur eas. Et manifesta sui morbi dat in corpore indicia/ quod exvehemēti passiōe mo
 uet & immutat: igitur intēperans est deterior incōtinēte. ¶ Decimatertia. Nōne incōtinētia tactus
 est turpior incōtinētia ire. Respōsio. Est. Primo. quia quod rationē non sequitur: iniustus est eo quod ses
 quitur rationē. At incōtinētia tactus nō sequitur rationē: sed ex impetu cōcupiscentie precipitat ad tur
 pia. Incōtinētia vero ire rationē sequitur. Null⁹ enim irascitur quin occasionē habeat aut dignā aut veris
 similē irascēdi. Et videtur iratus vt plurimū iustā habere causā indignatiōis & vindicte. Secūdo. Quod
 minus naturale est: iniustius est eo quod magis naturā sequi videtur. At intēperantia tactus est min⁹
 naturalis hominī & magis bestialis. Incōtinētia autē ire magis nature cōformis: quia per eā quis indi
 gnetur ob apparētē malū. Tertio. Cui magis irasci dignū est: ipsū turpius est eo cui minus dignū est
 irasci. Sed incōtinētie tactus magis dignū est irasci: quia hominem a sua dignitate deicit & brutescere
 facit. Incōtinētie vero ire minus: quia generosi videtur animi indiciū indignari ob aliquod per
 perā factū/ & illud moleste ferre. Quocirca Archidamas ad eū qui Charilaū laudaret: quod eque i
 oēs mitis ac mansuetus extitisset/ recte (vt Plutarchus auctor est) respondit. Quomodo inquit iure
 quis laudetur: si in improbos quoque mitē se prestiterit. Igitur incōtinētia tactus est turpior incōtinē
 tia ire. ¶ Decimaquarta. An contingit eundē prudentē esse simul & incōtinētē. Respōsio. Nō.
 Quia nō contingit eundē studiosū esse & incōtinētē. Ois autē prudens studiosus est: cum prius
 ostensū sit neque prudentiā sine virtute morali/ neque virtutē moralem sine prudentiā haberi posse: igitur
 non contingit eundē prudentē esse simul & incōtinētē. ¶ Decimaquinta. Qualis est is qui est
 ad ludū propensior & pronior. Responso. Mollis. Nā qui quietē querit & laboris relaxationem:
 mollis est. Qui autē ad ludū est procliuis: quietē querit & laboris relaxationē. Igitur qui ad ludū pro
 pensus est (non quidē ex habitu vt illiberalis qui gratia lucri ludis minus honestis intentus est: sed
 ex quadā procliuitate & inclinatiōe ad recreationē) mollis est. ¶ Decimasexta. An incōtinens sit
 simpliciter malus. Responso. Nō. Quia cuius electio bona est: nō simpliciter malus est. Incōtinē
 tis autē electio bona est: precipue cū extra pturbationē fuerit. Nā tunc eligit ea que bona sunt &
 honesta. vbi vero anim⁹ passiōe cōmouetur: huiusmodi electio ex vehemētia affectiōis impeditur
 et peruertitur. igitur incōtinēs nō est simpliciter malus. ¶ Decimasextima. Nonne continēs opinio
 ni vere per se immanet. Responso. Immanet. Nā cōtinēs opinioni vere immanet nō ppter alterum.
 Persistit enim continēs in ea sententiā & extimatiōe/ turpia ad que trahunt delectatiōes gustus & tactus
 non esse ppetranda: neque ex pturbationis animi vehemētia ab hac vnū opiniōe dimouet/ conforma
 turque se illi opiniōi: consimiliter faciēs vt opinatur esse faciendū. Incōtinēs autem etsi verā habeat
 opiniōē non esse psequēdas voluptates: illi tamē nō immanet sed oppositū eius quod opinatur est
 facit. Igitur continēs opinioni vere per se immanet: nō autē incōtinēs. ¶ Decima octaua. Vtrū in
 continēs ex recte ratiōis consilio agat. Respōsio. Nō. Quia nullus recte ratiōis consilio ductus: tur
 pe operatur/ vt qui per rectā pgrreditur viā nō aberrat a termino neque in obliquū deflectit. Incōtin
 ens autē turpe operatur: igitur incōtinēs nō agit consilio recte ratiōis. Quis enim interdū consultet:

Archidamas.
 Charilaus
 Plutarchus



19 tamen non sequit̄ consiliū rectū/imo cōtrariū eius quod recta ratio
 Quis facilius sanā/ incōtinēs natura/ cōsuetudine/ aut intēperat̄
 dine facilius sanā & ad rectū mētis statū reduci q̄ incōtinēs natura. Et incōtinēs natura
 sanā/ q̄ intēperatus. Dicit̄ autē incōtinēs cōsuetudine qui ex frequēti operatione contra
 fuetudinē sequendi delectatiōes ad turpia trahētes: etsi natura ad id inclinatus nō fuerit.
 mens autē natura est qui ex naturalibus ipotētis sibi insitis p̄cluitatē habet sequēdi delect.
 gustus & tactus ad inhonesta impellentes. Primū patet. q̄a facilius est consuetudinē q̄ natur
 tare. Sed vt incōtinēs cōsuetudine sanā: solū opus est mutare consuetudinē. Vt autē san
 tinens natura: opus est naturā & ingenitā natura p̄nitatē mutare. Igit̄ incōtinens consuetudinē
 facilius sanā q̄ incōtinēs natura. Secundū patet. quia in quo principiū (sc̄ ratio/ appetitusq; ra
 tionalis atq; voluntas: que humanarū operationū principiū est) corruptū est: vix sanari potest. In
 quo vero principiū est saluū: facilius sanari potest. Sed in intemperato principiū corruptū est: quia
 habet rationē depravatā & malū iudiciū. In incōtinēte autē etiā natura/ principiū est saluū: quia
 sanū habet rectūq; iudiciū & rationē incorruptā: igit̄ incōtinēs natura facilius sanā q̄ itēperat̄.
 hīc enī morbo fere incurabili laborat: incōtinēs autē/ morbo facile curabili. Quare etiā incōtinēs
 consuetudine facilius sanā ipso intēperato. Quicquid enī leuius curā facilius sanabili: etiā leuius
 sanatur difficilīus sanabili. ¶ **Vicesima.** An ois qui a fortib⁹ delectatiōibus aut dolorib⁹ vincitur:
 20 sit incōtinens. **Responsio.** Non. Nā qui a fortibus (vt potest) renitens aut voluptatibus aut tristi
 tiis vincitur: is non vituperatur. Ois autē incōtinēs vituperat̄: igit̄ qui a fortibus/ vt potest renitēs/
 aut voluptatibus aut tristitiis vincitur: non est incōtinens. quare non ois qui a fortibus delecta
 21 tionibus aut doloribus vincitur est incōtinens. ¶ **Vicesima prima.** Quādo et vbi cōtinere oport
 tet. **Responsio.** Quādo & vbi debita continendī prebēt occasio: & ob maius bonū. Prebēt quidē
 honesta continendī occasio: cū appetitus animū ad aliquod turpe perpetrandū inducere tentat.
 quod potissimum in iuuentute vbi grauiōres concupiscentiarum perferuntur molestie: continē
 git. Ratio autem contranitens appetitui eius impetum refrēnare debet.

Quis est in
 continēs cō
 suetudine.
 Quis incō
 tinēs natu

Q̄ continē
 tia potissi
 mū in iuue
 tute expe
 dit.

Verecūdia
 III


v **Verecūdia** est passio qua quis sui dedecus timens a turpiū perpetr
 tione retrahit̄. Et hec turpe factū preuenit: illa vero succedit. Et qui
 de quolibet et honesto et turpi vituperationē timet: stupidus et pa
 uidus. Qui vero turpitudinis infamiā non timet: impudoratus ac inuerecū
 dus dicitur.

Questiōes.

- | | | |
|------------------------------|---------------------------------------|---------------------------------|
| 1 Quid. | 6 An leni. | non pudet. |
| 2 Quot eius modi. | 7 An studioso. | 10 Cur laudatur ve
recūdia. |
| 3 Vtra laudabilior. | 8 Quo a virtute dif
fert. | 11 Quando expedit
verecūdia. |
| 4 Circa que. | 9 Qualis qui res
agit turpes et eū | 12 Et vbi. |
| 5 Cui etati accōmo
datur. | | |

Questiōes

¶ **Elementa.** ¶ 1. Duo. factū preueniens et sequens. ¶ 2. Factū preueniens. Elementa
 Laudabilior est verecūdia: que nos in aliquid turpe cadere non sinit/ et nos a
 vicio defendit innoxios. ¶ 3. Circa turpiū obiectionem. ¶ 4. Iuuenili. ¶ 5. Iis
 (qui ad peccandū sunt proni/ et quos propter verecūdiā laudamus) verecū
 diā accommodamus. ¶ 6. Nullus senem ob verecūdiā laudabit. ¶ 7. Ne
 mo probus turpia perpetrabit. Et qui rationē consummatā habet: affectione
 amplius non eget a turpi retrahente. ¶ 8. Virtutis habitus et adulte etati et
 senili conuenit. ¶ 9. Impudoratū cum res turpes agit: non pudet. ¶ 10. Q̄ a
 viciis retrahit pudor / verecūdiāq; laudatur. ¶ 11. 12. In iuuentute et vbi est
 turpiū licentia. ¶ Et tunc et ibi expedit verecūdia: quando et vbi eam lauda
 mus/ et nos a turpiū perpetratiōe retrahit. ¶ **Quēadmodū de verecūdiā/**



Verecundia

Indignans
Inuidus
Maliuolus.
Verecundia

ita de ^{Gatind} (tione) (quæ est de malorū prosperitate dolor) et de in-
uid ^{torquetur} et de maliuolo (qui de omnibus potif
sim ^{aduersitatibus gaudet}) diceretur.

Verecundia est passio affectioq; animi (nā nō modo animū sed & corpus mouet & sangui
ne ad faciē confluēte eā rubore suffundit) qua quis timēs infamiā & dedecus quod apud
hoies ex turpiū ppetratiōe incurreret: ab illis retrahit & abstinēt ne huiusmodi infamiā

ip ^{ut}. Vt si quisq; adolescēs impellit a cōcupiscentiā ad aliquod turpe perpetrandū: & apud se
putet infamiā sibi futurā si hoies rescierit factū / & illius dedecoris timore retrahit se ab illo tur
pi admittendo: ipse est verecūdus. Et est duplex verecūdia. Quedā turpe factū preueniēs: que an
teq; quippiā inhonestū fiat / nos ab illius ppetratiōe retrahit. Quedā vero est turpe factū sequens.

Vt cū quis cōmisit aliquod turpe ppter quod timet dedecus sui apud eos qui illud cognouerit: ve
hementerq; erubescit de pterita turpi operatiōe / apud se animo cōstituēs q; nunq; simile quicq; p
petrabit: unde quā timuit infamia notari possit. ¶ Verecūdo autē opponit stupid⁹ in defectu & i
pudoratus in excessu. Stupid⁹ siue pavidus est qui ex passiōe non electiōe de quolibet tā honesto
q; turpi vituperationē timet: neq; audet bonū opus aggredi quia timet irrisiōnē hoim / ob cuius ti
morē abstinēt eque ab honesto sicut a turpi: quēadmodū timidus metu periculorū belli abstinēt

ab aggrediundis hostib⁹. Et is viciosus non est: si tamē ab hac animi passiōe pedē nō retraxerit /
tandē fiet pusillanimus & ociosus. Impudoratus autē siue inuerecūdus est qui turpitudinis infami
am non timet. Nichil enī pensi habet q; ex turpiū ppetratiōe notā dedecoris incurrat: neq; illius
timore a turpib⁹ abstinēt: quēadmodū audax formidine periculorū belli nō deterret ab ill' subcū
dis. Et quis hic nondū viciosus sit / ex sola passiōe & nō electiōe infamiā paruipēdens: si tamē per
stiterit diutius in huiusmodi affectiōe / incidet in ea vicia quorū non timet infamiā. Vt si non verecū
infamiā turpitudinis intēperatiōe: decūbet in intēperantiā. Si pdigalitati / in pdigalitatē. ¶ Prima

questio. Quid verecūdia. Responso. Est passio qua quis sui dedecus timens: a turpiū ppetratiōe
retrahit. Et ita de ceteris prius diffinitis. ¶ Secūda. Quot sunt verecūdic modi. Responso. Duo: 2
scz verecūdia factū preueniēs & factū sequēs. Et hec diuisio sicut et diffinitio pbatōne non eget.

¶ Tertia. Vtra verecūdiarū est laudabilior: an factū preueniēs an sequēs. Responso. Preueniens. 3
Nā laudabilior est verecūdia que nos in aliquid turpe cadere non sinit: & nos a vicio defendit in
noxios. Verecūdia autē factū preueniēs non sinit nos cadere in aliquid turpe. Sequēs vero nō ita
nos defendit a vicio innoxios: cū succedat turpi iā ppetrato. Igit̄ verecūdia factū pueniēs est lauda
bilior q; sequēs. Perinde atq; potius est medicamē quod hoim ab egritudine preseruat: q; qd egrit
tudine contractā depellit. Et satius est hoim ne cadat erectū seruare: q; posteaq; lapsus fuerit a ca
su erigere. ¶ Quarta. Circa que versat verecūdia. Responso. Circa turpiū obiectionē. Nā circa id 4
verecūdia versat: circa quod ipsa laudat. Verecūdia autē laudat circa turpiū obiectionē: a quibus
metu infamiē retrahit. Igit̄ verecūdia versat circa turpiū obiectionē. ¶ Quinta. Cui etati accom 5
modatur verecūdia. Responso. Iuuenili etati. Nā iis qui ad peccandū sunt proni et quos ppter ve
recūdiā laudamus: verecūdiā accōmodamus. Iuuenilē autē etatē agētes ad peccandū sunt pro

ni ob vehementiā concupiscentiarū / et eos ob verecūdiā recte laudamus: igit̄ iuuenilē degentib⁹
etatē verecūdiā accōmodamus. Et recte quidē. Nā iuuenes vehemētibus admodū cupiditatib⁹
agunt / rationēq; habēt adhuc infirmā & imbecillē: q; eā natura ab imperfectis ad pfecta sensim
procedens nondū excoluerit neq; virtutibus pfererit. Quocirca in ea etate ab optimo terū paren
te data est verecūdia: que lubricā illā etatē a turpiū ppetratiōe vindicet & defendat. Cū vero ratio
perficitur pulchris virtutū habitibus: paulatī diminiuit hec passio & tandē tota deperdit / non qui
dē in stuporē aut inuerecūdiā mutata: sed digniorib⁹ cedens animi ornamentis scz virtutibus. Qui
eni in prima etate retrahebat a ppetratiōe turpiū per verecūdiā: in adulta etate virtutē consecū
tus abstinēbit a turpib⁹ amore honesti. Hinc Catho maior (auctore Plutarcho) dicere solit⁹ erat
se iuuenibus magis delectari qui erubescerēt q; qui pallecerēt. Nā erubescētia / ingenue indolis in
iuuenib⁹ argumentū est. ¶ Sexta. An seni accōmodat verecūdia. Responso. Nō. Quia illi non ac 6
cōmodat verecūdia: quē nullus ob verecūdiā laudauerit. Nullus autē senē ob verecūdiā lau
dabit. Quia iā id est etatis qua virtute peditus esse debet / & ob eā a turpib⁹ abstinere: igit̄ senī nō
accōmodat verecūdia. ¶ Septima. An studioso cōuenit verecūdia. Responso. Nō. Primo, quia il 7
lis solū cōuenit verecūdia qui ad turpia ppetranda inclinānt: a quib⁹ p verecūdiā retrahunt. Ne
mo autē pbus turpia ppetrabit: igit̄ probo nō conuenit verecūdia. Secūdo, Qui rationē consum

Cur verecū
dia potissi
mū iuuenes
deceat.

Cur verecū
dia potissi
mū iuuenes
deceat.

Catho
Plutar

Catho
Plutar

Catho
Plutar

Catho
Plutar

Catho
Plutar

Catho
Plutar

Catho
Plutar



matam habet: affectione amplius non eget a turpi retrahere. ^{osus autem rationem habet} consummatam / virtuteque voluntatem perfectam: igitur amplius non eget a turpi retrahere. ^{osus autem rationem habet} hente. Alioquin huiusmodi affectio esset ociosa & ad nullum conueniens. ¶ Octaua. Quod dif- fert verecundia a virtute. Responsio. Hoc ipso quod virtus est laudabilis: & adulate etati & seniliter conueniens. Verecundia autem est passio: iuuenili tantum etati accommodata. Preterea virtus studiose conuenit: & est ex electioe. Verecundia autem minime studiose conuenit: neque ex electioe est sed ex animi affectione. Insuper virtus honesti gratia hominem ad opus dirigit & a malo reprimat: verecundia autem timore infamie a turpium commissione absterret. ¶ Nona. Qualis est qui res agit turpes & non pudet. Responsio. Impudoratus / & inuerecundus. Nam impudoratus est qui turpitudinem non timet / per diffinitionem: ergo impudoratum cum res agit turpes non pudet. Quare impudens future malitie & prauitatis igens prebet argumentum. Quod ex Iuuenali cognitu facile est: cuius iuuenalis hec est sententia.

Nam quis

Peccandi finem fecit sibi: quando recepit

Electum semel attrita de fronte ruborem?

10 ¶ Decima. Cur laudat verecundia. Responsio. Quia a vicis retrahit. Si enim vicia fugere laudabile est: quod nobis ad vicia fugienda adiuuamento est / laudari debet. Verecundia autem ut a vicis abhorream prebet adiuuamento: ob id ipsum itaque laudari digna est verecundia. Preterea. Vbi cumque superabundantia & defectus que vituperam iueniunt: & illic laudabilis mediocritas reperitur. At in turpium obiectioe reperitur superabundantia scilicet impudetia / & defectus scilicet stupor & pavor que vituperantur: ergo etiam illic iueniuntur laudabilis mediocritas scilicet verecundia. ¶ Undecima. Quando expedit verecundia. Responsio. In iuuetute & quando est turpium licetia. Nam tunc expedit verecundia: quoniam eam laudamus & cum nos a turpium perpetratioe retrahit. Sed in iuuetute verecundia laudatur / & eo tempore nos ab admissioe malorum reuocat: igitur in iuuetute expedit verecundia.

11 ¶ Duodecima. Vbi expedit verecundia. Responsio. Vbi est turpium licetia: ibi ipsa verecundia laudatur / & nos a turpium perpetratioe retrahit. Sed vbi est turpium licetia: ibi ipsa verecundia laudatur / & nos a turpium perpetratioe retrahit. igitur vbi est turpium licetia: expedit verecundia. ¶ Et consilium

12 ferme determinatio fieri posset de indignatioe (que greco nomine dicitur Nemesis) que facta est de verecundia. Est autem indignatio passio laudabilis qua quis de malorum prosperitate dolet. Ut indigno fert animo quod iniusti & improbi potiunt diuitiis que ad prauos versus applicat: que fungantur honoribus que sunt indigni. Boni autem quibus ista debentur: opprimantur a malis / & aduersitatibus afflicentur. Ei opponuntur due passiones vituperabiles scilicet inuidia in abundantia & maluolentia in defectu. Inuidia est passio qua quis alterius siue boni siue mali prosperitate torqueatur. Non quidem quia is cui prosperitas contingit ea abutitur et ad malum applicat / sicut indignans: sed quia aliena felicitas inuidum male habet atque torquet / imo ei grauem tristitiam atque molestiam infert. Nam ut inquit Horatius. Inuidus alterius rebus macerit opibus. Maluolentia vero est passio qua quis de omnibus potissimum bonorum aduersitatibus gaudet: quia maluolum delectat aliena calamitas. Et de ipsis possent consimiliter formari questiones: quemadmodum de verecundia et suis oppositis proposita sunt.

Quid Indignatio:

Horatius

Voluntarium III

Voluntarium diffiniuimus / cuius principium in nobis est: operatiois scientibus singula. Et qui quod vult operatur / operationis singula cognoscens: sponte agere dicitur. Inuoluntarium est quod per violentiam aut ignorantiam factum / imputabile non est. Quod quis facit non consentiente voluntate / aut per ignorantiam: quod quidem cognitum penitudinem / doloremque inducit: id iniustus facere dicitur. Quod si postea cognitum fuerit penitudinem / tristitiamque non inducit: id quidem non sponte et ignorans: at non iniustus fecisse dicitur. ¶ Ignorantia omnis: videtur alicuius cognitionis defectus. Que si congenita est: innata dicitur. Si qua quis (ne explende cupiditatis impedimento sit) ignorare cupit: affectata et ex electioe. Et si per precedentem (tametsi eam non vellet) inducitur operationem: consequens / et ignorantia cuius homo causa est. Et si earum rerum quas scire tenemur / per considerationis incuriam prouenit: ignorantia iuris / vniuersalis / & cuius homo causa est: dicitur. Est preterea ignorantia eius quod homo minime scire tenetur: cum


actus humani particula constantiam ad quam homo non tenetur: ignorat. per dicitur. g. quomodo homo omnimoda prestita vigilantia preter eius voluntatem incidit: et non ignorantia inuincibilis appellatur.

Voluntarium

T quippiam voluntarium dicatur: primum oportet quod eius principium effectuum sit intrinsecum: id est quod ipse operans sit illius precipua causa efficiens. Nam si esset extrinsecum operanti: ipsa operatio non diceretur voluntaria sed inuoluntaria & per violentiam. Preterea oportet operantem cognoscere singulas ipsius operationis circumstantias: ut quid / quomodo / gratia cuius / quale / quis / & ita de aliis. Si enim eorum aliquam ignorauerit: illa operatio diceretur inuoluntaria & per ignorantiam facta. Et in summa ut operatio aliqua sit voluntaria: debet ipsa proficisci a voluntate (que humanarum operationum primum est principium) eius qui dicitur voluntarie operari. Debet insuper operans cognoscere singula sue operationis: id est singulas eius circumstantias. Cuius id sumatur exemplum. Erogatio pecunie quam facit liberalis indigenti: emanat a principio intrinseco: utpote voluntate dantis non coacte sed libere quicquid pauperi. Qui quidem erogans cognoscit singulas sue donationis circumstantias. Noscit enim quid dat / quantum / gratia cuius / qualiter / & ita de ceteris. quare huiusmodi erogatio est voluntaria. Similiter occulta rei aliene ablatio quam facit fur: procedit a principio intrinseco utpote voluntate furriipientis: singulas huius subductionis circumstantias cognoscentis. Non enim eum preterit quid facit / quantum / gratia cuius / qualiter / & ita de reliquis. Itaque huiusmodi sublatio est voluntaria. Si quidem ratio voluntarii communis est ad operationem bonam & ad malam: cum sicut virtutis officium ita & turpis operatio sit voluntaria. Is autem dicitur sponte agere: qui id quod simpliciter / et nulla ipsum cogente necessitate vult / operatur: siueque operationis singula cognoscit. Ut qui distribuit pauperi pro recte rationis determinatione pecuniam: aut qui alteri ex sui arbitrii libertate est iniurius. Quocirca aliud est agere voluntarie & agere sponte. Nam quis sponte agit id: ad quod faciendum non cum inducit vrgens necessitas. Si vero necessitas affuerit voluntatem ad id agendum inflectens: operatio voluntaria quidem est sed non spontanea. Nam is non operatur quod vult simpliciter / quis id velit secundum quid & ad maius malum euitandum. Ut si quis proiciat merces in mare ad euitandum imminens naufragium: voluntarie quidem agit: ut octaua questio huius capituli clarius ostendet / sed non sponte immo inuite: quia adest necessitas. Quicumque igitur sponte agit: etiam voluntarie agit sed non ediuerso / & omnis operatio spontanea est voluntaria: sed non retro agitur. At vero inuoluntarium / operatioque inuoluntaria est que per violentiam aut ignorantiam facta: imputabilis non est. Ut si quis captus ab inimicis / propriis superatis viribus impellitur violente ad interficiendum patrem suum: illa patris interfectio est inuoluntaria / & per vim facta ab eo qui pro viribus ne id faceret restitit: neque principium operationis est in ipso operante sed extrinsecum / & in his qui eum adigunt ad cedem patris. Propterea ipsa non est ei imputabilis. Similiter si quis audito inter vepres strepitu quem credit a fera ibidem latitante factum: illuc sagittam mittat que feram conficiat: & delitente illic hominem interficiat: illa interfectio est inuoluntaria nam facta per ignorantiam: non enim cognouit omnes sue operationis circumstantias cum non habuerit compertum quid interfectorus esset / & idcirco illa occisio non est ei imputabilis neque ei debet id factum ad culpam ascribi. Quomodo Adrastus Atym filium Cresi (cui custos in venatione designatus erat) interfecit vibrato in aprum iaculo: quo non aprum ut destinauerat / sed frustra to ictu (auctore Herodoto) Cresi filium interemit. Sicque somnium Cresi impleuit quod significauerat Atym eius filium ferrea cuspide traectum interiturum esse Adrastus autem ob perpetratam cedem sibi ipsi vehementer indignans: sese super bustum Atyisque tumulum cum sepeliretur transfudit. Quod si quid per ignorantiam fiat quod operanti sit imputabile: ut cedes alicuius per ebrietatem aut virginis raptus: non est id dicendum inuoluntarium / quia fit per ignorantiam cuius homo est causa & que culpam potius grauiorem reddat quam imminuat. Quin potius equiualeter illud est voluntarie factum: quia procedit ex illo quod quis voluntarie commisit utpote ex ebrietate quam quis culpa sua incidit. Itaque prima particula definitionis inuoluntarii opponitur prime particule definitionis voluntarii: & secunda secunde. Preterea id dicitur inuite fieri: quod quis facit non consentiente voluntate: id est quod quis facit sola necessitate vrgente: ut quando minus malum etiam voluntarie fit ad euitandum maius malum: aut quod quis facit per violentiam ab extrinseco impulsus. Ut si quispiam cogatur ad percutiendum quempiam / propria virtute ab extrinseco ad id adactus: is inuite illum percussisse dicendus est quia per vim impulsus est: eiusque percussio itidem inuoluntaria est: ut ex inuoluntarii definitione ostendit. Illud preterea dicitur a quopiam inuite fieri quod

Quomodo differunt sponte agere & voluntarie agere.

Adrastus
Atys.
Cresi
Herodotus



per ignorantiam fit: & cognitum/penitudinem dolorum inducit. *re quis piciat lapidem per* murum/credens nullum illic adesse quem ledere possit: et grauer ledere *similitudine* coniunctum. cum primum autem cognouerit se illi lesionem intulisse dicitur. *penitudine racti: inuita* se dicitur/ quia per ignorantiam commisit illud quod cognitum ei penitudinem inducit. Illa quoque lesio est inuita: *inuita* ut ex ratione inuoluntaria constat. Habet enim se operatio inuoluntaria ad operationem inuitam sicut operatio *u lesio* spontanea ad voluntariam. Nam omnis operatio inuoluntaria est inuita: sed non omnis inuita est inuoluntaria. Nepe *u lesio* operatio facta ex necessitatis conditione ut percussio mercium in mare est inuita & tamen non est inuoluntaria sed voluntaria: quae admodum sequentia ostendent. Adiectum est in definitione operationis inuitae quod per ignorantiam fit & cognitum ipsi auctori penitudinem inducit. quoniam si quis per ignorantiam fit & cognitum non affert dolore ipsi facienti: illud non dicitur sponte fieri quia fit ignoranter/ & etiam fit non inuita: quia non afficit dolore eum qui fecit. Et huiusmodi factum imputabile est: perinde atque voluntarie factum esset. Nam quod non sequatur penitudo factum: signum est quod quis sciisset/ nichilominus fecisset. Quo fit ut aliqua sit operatio neque spontanea neque inuita. Ut cum quis iactu lapidis fortuito alterum ledit: quem ignorabat a lapide ledendum esse. Vbi autem cognoscit eum qui lesionem accepit esse eius infestissimum inimicum cuius vite sepius infidiat fuerit: non afficit penitudine sed gaudet/ imo dolet quod eum non penitus extinxerit: huiusmodi lesio non est spontanea quia fit per ignorantiam: neque est inuita quia cognita non infert dolore auctori. Quare inter sponte agere & inuita agere est medium per abnegationem: cum aliquid sit quod neque fit sponte neque inuita. Similiter inter voluntarie agere & inuoluntarie est medium. Nam aliqua est operatio que neque est voluntaria neque inuoluntaria secundum rationem hic datam. Ut huiusmodi lesio non est voluntaria quia operans non cognoscit singula sue operationis: non enim certum habuit quem esset lesurus/ cum non elegerit lapidem manu intentione ledendi quempiam. Neque est inuoluntaria: quia per ignorantiam facta est imputabilis/ eo quod non inducat penitudinem postquam est cognita. Similiter turpe aliquid per ebrietatem & ignorantiam commissum non est voluntarium/ quia ignoranter commissum: neque inuoluntarium/ quia est imputabile operanti qui est causa sue ignorantie. ¶ Verum quia ad haec prius definita recte intelligenda/ oportet est cognoscere quid sit ignorantia & qui sunt eius modi: idcirco sublungitur definitio ignorantie/ quod est alicuius cognitionis defectus. Que quidem definitio est ignorantie priuatiue sumpta/ & ut cognitionis priuatio est. Non autem ut est contrarium scientie/ intellectus/ aut sapientie: quo modo sumitur pro habitu quo quis errat circa principia aut conclusiones disciplinarum: dicitur quoque ignorantia prae dispositionis/ errorque scientie/ intellectus/ aut sapientie. ¶ Deis Ignorantia diuisio de definitur in littera sex ipsius ignorantie (ut definita est) species: scilicet ignorantia innata/ ex electione/ consequens/ iuris/ eius quod homo minime scire tenetur/ et inuincibilis. Ignorantia innata est cognitionis defectus homini congenitus: ut priuatio grammaticae aut logicae in puero qui nondum illas habet disciplinas/ & tamen natus est habere. Et haec dicitur ignorantia pure negatiua. Ignorantia ex electione siue affectata est qua quis aliquid ignorare cupit: ne illud cognitum explende cupiditatis impedimento sit. Ut si quis affectaret ignorare que sint ieiunia obseruanda & quibus diebus ex ecclesiastico instituto a cibo sit abstinendum: ut huius ignorantie pretextu ad ieiuniorum obseruationem non teneatur/ huiusmodi ignorantia est ex electione & proposito: & eius homo est causa ex propria affectatione qua id ignorare voluit. ¶ Ignorantia consequens est que per precedentem inducit operationem: tamen si eam ignorantiam quis non vellet. Ut si quis nimio vino indulgens in ebrietate labitur: que ei mentem & usum rationis eripit/ ignorantiamque eorum que dicit & facit inducit/ per quam cuius aut inferat iniuriam aut mortem: huiusmodi ignorantia est consequens/ quia inducit per precedentem ebrietatem quibus ille non intenderit eam ignorantiam. Et talis duplici penam uenit puniendus ob duplex scilicet malum: utpote ob ebrietatem/ & facinus per ebrietatem commissum: quod per ignorantiam minime excusatur/ quod illius homo sit causa. Nam ipse est causa ebrietatis/ & ebrietas causa ignorantie/ ergo & ipse est causa ignorantie. Quicquid enim est causa cause: itidem est causa causati. ¶ Ignorantia iuris siue ignorantia vniuersalis est ignorantia que prouenit per incuriam considerationis earum rerum quas scire tenemur. Ut si quis non obseruet ieiunia aut dies festos celebret: ob id ipsum quod ignoret quo die seruanda sunt ieiunia/ aut qui dies celebrandi propter negligentiam consideranda illa ad quorum tamen cognitionem obligatur: aut quia non accedit ea loca in quibus publice illorum obseruatio populo indicitur. Et huius quoque ignorantie homo est causa ob suam negligentiam et incuriam. ¶ Ignorantia eius quod homo minime scire tenetur: est qua quis actus humani particulari circumstantia ad quam homo non tenetur ignorat. Ut si quis iter faciens offendet alterum qui sit eius pater/ non tamen cognoscat eum esse patrem: quia nulla paterni vultus in eo perspicit indicia. Et praeiens in contumeliam eum pulset. Qui percussus est a deo iudicem/ & contra quod a filio percussus fuerit/ expectatque in eum animaduerti ut



Voluntarium


parris percussorē. Respōdeat quidē percussisse/ignorasse tamē eū esse patrē suū/neq; ad id cognoscere non habet illius circūstātie argumēta. Iudex in filiū animaduertet ut hoc percussorē nō autē ut patrē hoc minime scire tenebat. ¶ Ignorātia inuincibilis est in quā hominē imoda prestita vigilātia p̄ter eius voluntatē incidit. Vt si filius ex paterna hereditate ampla habet patrimonia/intelligatq; patrē multa illorū bonorū iniuste conquisisse: proinde intendit prestet curam cognoscendi que minus recte acquisita sunt/& quecunq; cognouerit esse huiusmodi: restituat quibus debet. Verum prestita summa diligētia adhuc detineat aliqua eorum que p̄ter equitatem parata sunt/ignoret tamen ea iniuste acquisita neq; ad illius noticiam per suam diligentiam peruenire possit: ille p̄ter eius voluntatem & scientiā incidit in huiusmodi ignorantiam/que inuincibilis dicitur: q̄ humana ope atq; opera vinci/superariq; non possit.

Questiões

- | | | |
|---|---|--|
| <p>1 Quid.</p> <p>2 Quot ignorantie modi.</p> <p>3 Que inuoluntarium causant.</p> <p>4 Que inuoluntarium non causant.</p> <p>5 Circa que voluntarium.</p> <p>6 Nonne habitus animi voluntarii sunt.</p> <p>7 An posteaq; genera</p> | <p>niti sunt/in nostra sint potestate.</p> <p>8 Nonne operationes ob maiorū malorū metū facte: voluntarie sunt.</p> <p>9 Nonne in nostra potestate.</p> <p>10 Qualis qui turpiter agit ignorans.</p> <p>11 An omne quod homo ignorantione facit: sit inuoluntarium.</p> | <p>12 An quodcunq; quis operatur per irā/aut concupiscentiā: sit inuoluntarium.</p> <p>13 Nonne potius honesta morte oppeditum est: q̄ ad turpe compelli.</p> <p>14 Quando voluntarie agendum est.</p> <p>15 Et vbi.</p> |
|---|---|--|

Elementa


¶ Elementa. ¶ 1. Sex: innata/ex electione/consequēs/iuris/eius quod homo minime scire tenetur/et inuincibilis. ¶ 2. Ignorantia eius quod homo minime scire tenetur/et ignorantia inuincibilis. ¶ 3. Ea ignorantia qua cum quid factū est/imputabile non est: causat inuoluntarium. ¶ 4. Cetera inuoluntarium non causant. ¶ 5. Quod in nostra potestate sitū nō est: id neq; voluntarium neq; inuoluntarium est. quod imputabile est: eius ignorantia inuoluntarium non causat. Quod quis facit ignorans (cum ipse sue causa sit ignorantie) id ipsum perinde atq; voluntarie factum reputatur. ¶ 6. Circa operationum singula. ¶ 7. Circa ea versantur voluntarium et inuoluntarium: per que cognoscimus aliquē voluntarie aut inuoluntarie agere. ¶ 8. Quorū cause in nostra potestate/et voluntarie sunt: eadem quoq; in nostra potestate/atq; voluntaria erunt. ¶ 9. Nostrae potestatis non est/partos iam habitus cum volumus reicere. ¶ 10. Cū operandi principium in nobis est operationis singula cognoscentibus: ea voluntaria sunt. ¶ 11. Ea in nostra sunt potestate: que si volumus/facimus: et que si facere nolumus/facimus minime. ¶ 12. Aliquando turpia ex ignorantia operatus: malus et inexcusabilis est/ aliquando excusabilis atq; venia dignus. prima/ quinta/ et sexta peccantes: venia/ misericordiasq; dignantur. Secunda/ tertia/ et quarta minime: sed vituperantur. ¶ 13. Non quicquid ignorans facit/ penitentiam ac tristitiam cognitū inducit. ¶ 14. Pueri et belue oīa p̄ irā aut concupiscentiam operant. ¶ 15. Minus malū minus est fugiendū/ atq; maius bonū sepe magis eligendū/ et hominis propria vita est: nunq; a reparatione deuiare.



- 1 ¶ Prima questio Quid est voluntarium. Responsio. Est ^{voluntarium} voluntarium in nobis est / operatio
 2 nis scientibus singula. Et ita reliqua prius diffinita querantur. ^{voluntarie} voluntarie
 modi. Responsio. Sex / scilicet ignorantia Innata / ex electione / consequens / iuris / eius quod
 minime scire tenetur / & inuincibilis. Que diuisio supponenda est: sicut & diffinitiones o
 3 te questionum formationem posite. ¶ Tertia. Que ignorantie causant inuoluntarium. ^{responsio} responsio
 4 Ignorantia eius quod homo minime scire tenetur / & ignorantia inuincibilis. Nam ea
 tia qua cum quid factum est / imputabile non est: causat inuoluntarium. Sed cum quid factum est
 per ignorantiam eius quod homo minime scire tenetur: ipsum non est imputabile ea ex parte
 ignorantia est / tamen si possit imputari ratione aliarum circumstantiarum quas nouit. Similiter
 factum est per ignorantiam inuincibilem: non est imputabile. Igitur ignorantia eius quod hon
 5 minime scire tenetur / & ignorantia inuincibilis causant inuoluntarium. ¶ Quarta. Que ignoran
 6 tie non causant inuoluntarium. Responsio. Cetera ignorantie: scilicet Innata / ex electione / conse
 quens / & iuris: non causant inuoluntarium. Nam quod in nostra potestate situm non est: neque vo
 luntarium neque inuoluntarium est. Sed ignorantia Innata non est sita in nostra potestate: quia no
 bis congenita est / & etiam inuitis atque nolentibus adest. Igitur ignorantia Innata neque voluntarium
 causat neque inuoluntarium. Preterea. quod imputabile est: eius ignorantia inuoluntarium non cau
 sat. At cum quid fit per ignorantiam ex electione: illud est imputabile facienti / perinde atque scienter
 & ex electione malum committeret. Igitur ignorantia ex electione inuoluntarium non causat.
 Insuper. Quod quis facit ignorans cum ipse sue causa sit ignorantie: id ipsum perinde atque volun
 7 tate factum reputatur. Sed cum quis aliquid facit ex ignorantia consequente: ipse est causa sue igno
 rantie per precedentem operationem qua inducitur illa ignorantia. Similiter cum quis aliquid fa
 cit per ignorantiam iuris: ipse itidem est causa sue ignorantie per considerationis incuriam. Igitur
 factum per ignorantiam consequentem aut ignorantiam iuris / perinde atque voluntarie factum re
 putari debet. quare ignorantia consequens & ignorantia iuris non causant inuoluntarium: quod
 8 est totum propositum. ¶ Quinta. Circa que versatur voluntarium. Responsio. Circa operationum
 9 singula. Nam circa ea versatur voluntarium aut inuoluntarium: per que cognoscimus aliquem vo
 luntarie aut inuoluntarie agere. Sed per operationum singula & circumstantias oes cognoscimus
 aliquem voluntarie aut inuoluntarie agere. Nempe si cognoscat omnes / & operatio ab eo ut pre
 cipuo efficiente proficiscatur: exinde cognoscitur voluntarie agere. Si vero non cognoscat omnes
 sed aliquam ignoret: cognoscitur agere inuoluntarie. Igitur voluntarium & inuoluntarium versan
 6 tur circa singula operationum. ¶ Sexta. Nonne habitus animi voluntarii sunt. Responsio. Sunt.
 Nam quorum cause in nostra potestate & voluntarie sunt: eadem quoque in nostra potestate & vo
 luntaria erunt. Sed cause habituum animi scilicet operationes ex quibus habitus ipsi gignuntur:
 sunt in nostra potestate. Eas enim si volumus / facimus: et si facere nolumus / facimus minime. Igitur
 7 tur & habitus animi voluntarii sunt. ¶ Septima questio. An posteaquam habitus animi geniti sunt: in
 nostra sint potestate. Responsio. Non. Quia nostre potestatis non est / partes iam habitus cum vo
 lumus reuocare: ut si quis habeat artem pingendi aut latine loquendi / velitque illos habitus animo
 deponere: non potest / quia fixi sunt & difficile mobiles. Et si quis ascuerit sibi habitum temperantie aut
 liberalitatis: non poterit illum pro suo arbitrio auferre atque relinquere. Ita si cuius partus fuerit ha
 bitus intemperantie aut illiberalitatis: non est sue potestatis / animo tenacius infixum habitum abscidere /
 tamen si ante illorum acquisitionem in illius potestate collocatum erat illos per prauas operationes acqui
 8 rere vel non acquirere. Quemadmodum cum homo sanus est / in sua potestate collocatum est ut
 fiat eger immoderato exercitio / aut ciborum potius nimia sumptione: in sua etiam potestate con
 stitutum est ut malam valitudinem effugiat. Cum vero eger factus fuerit: non est in sua potestate
 situm ut fiat sanus. Quod Aristoteles diligenter annotat. Siquis inquit non ignorans agit ea ex
 quibus erit iniustus: is sua sponte erit iniustus. Non tamen si vult: cum est iniustus desinet esse talis /
 ac iustus erit. Nec enim qui egrotat: si vult erit sanus. Et forte sua sponte egrotat: si incontinenter vi
 uebat & precepta medicorum negligebat. Tunc igitur licebat ipsi non egrotare / sed posteaquam vali
 tudinem perdidit suam: non licet. Sicut neque fit ut quisquam resumat lapidem quem proiecit: erat tamen
 in ipso situ sumere ipsum atque proicere / principium enim erat in ipso. Modo eodem & iniusto & intem
 peranti licebat quidem ab initio talem non fore: quapropter sua sponte est talis. Sed posteaquam ta
 lis est factus: non licet ipsi non esse talis. Hec Aristoteles. Proinde nisi quis per operationes oppositas
 studiose laborauerit habitum illum deponere & oppositum acquirere: seruabit malos habitus usque ad sepul
 8 chra. ¶ Octaua. Nonne operationes ob maiorum malorum metum facte: voluntarie sunt. Responsio. Sunt. Ut ple
 g ill

Q. facilius
est in malum
labi quam ab eo
in bonum con
uertere.


Aristoteles



ctio mercium in mare ingruentibus ad euitandū submersionē facta: est voluntaria. Et aputatio vni⁹ m⁹ abili & in ceteras corporis partes serpente/ facta ne pars corporis sana liciatur: itidē voluntaria est. Nā ea quorū operādi principiū in nobis est/ operationis singula cognoſcentib⁹: voluntaria sunt. At cū quicq̄ fit ob maioris mali metū: operādi principiū in nobis est/ operationis singula cognoſcentibus. Siquidē nauta p̄pria volūtate vt principio intrinseco ductus/ cit mercēs nauis: manibusq; vt instrumentis vtif ad eas in mare deuoluēdas. Preterea cognoſcit/ nauta singulas illius p̄iectiōis circūstantias: sc̄z quid/ quantū/ gratia cuius/ & ita de ceteris. Tales vt operatiōes que maiorū malorū metu fiunt: voluntarie sunt. nichilominus inulte sunt: quia nō imminente malo minime fierent. vt dictū est ¶ Nona. Nōne operatiōes ob maiorū malorū metū facte sunt in nostra potestate. Respōsio. Sunt. Nā eas si volumus/ facim⁹: & si nolumus/ facimus minime. Vt si vult nauta potius mercium iacturā facere q̄ cas/ nauem & vitā omnium/ discrimini naufragii cōmittere: facit quidē. & si non vult mercēs p̄icere: eas nō p̄icit/ sed euentū rei expectat. igit̄ huiusmodi operatiōes sunt in nostra potestate. Nempe ea sunt in nostra potestate: que si volum⁹/ facim⁹: & si facere nolum⁹/ facim⁹ minime. ¶ Decima. Qualis est qui turpiter agit ignorans. Respōsio. Aliquādo turpia ex ignorantia operatus: mal⁹ & inexcusabilis est/ aliquando vero excusabilis atq; venia dignus. Nā peccātes prima ignorantia sc̄z innata: digni sunt venia atq; misericordia. Nā ea non est in potestate hoim sita vt prius dictum est/ quod igit̄ per cā fit: excusabile & venia dignū est. Peccātes itidē quinta ignorantia: excusabiles sunt & venia digni. Nā quod per eam fit ignorantia: imputabile non est/ cum homo minime id scire tenetur quod illa ignorantia omittit. Demū peccātes sexta ignorantia scilicet iuincibili: excusabiles sunt & venia digni. Nā illud quoq; quod per talē fit ignorantia: nō est imputabile/ sicut neq; quod fit per quintā. Sed peccantes secūda ignorantia vtpote ex electiōe: minime excusabiles sunt sed vituperantur. Nam quod per huiusmodi fit ignorantia: imputabile est perindē atq; voluntarie factū eſset. Preterea qui per tertiam ignorantia scilicet consequentē peccāt: minime excusabiles sunt sed etiā vituperantur. Nā ipsi sue causa sunt ignorantie/ cum precedentem operationem ad quam sequitur eorū ignorantia non euitēt: igit̄ tales non sūt excusabiles. Demū peccātes per quartā ignorantia scilicet iuris non excusantur a peccato sed vituperantur: quia sua culpa in huiusmodi ignorantia incidunt/ & eius sunt per suā negligentia causa. nō sunt igitur venia & excusatione digni. ¶ Undecima. An omne quod homo ignorantia facit: sit inuoluntariū. Respōsio. Nō. Quia non quicquid ignorans facit: penitudinē ac tristitia cognitū inducit/ quinimo interdū inducit gaudiū ei qui fecit. Quod autē per ignorantiam fit & cognitū penitudinē non inducit cū tamen deberet inducere: est imputabile auctori perinde atq; scierit fuisset factū. Et quod per ignorantia factū est imputabile ipsi auctori: nō est inuoluntariū. igitur non quicquid homo ignorantia facit: est inuoluntarium. ¶ Duodecima. An quodcunq; quis operatur per iram aut concupiscentiam: sit inuoluntarium. ¶ Respōsio. Non. Quia pueri & belue omnia per iram aut concupiscentiam operantur: cum in pueris nondum ratio perfecta sit vt secundum eam operentur. In beluis vero appetitus sensitius est summa ad prosequendum/ fugiendumue quicq; potentia. Que autem pueri & belue operantur: non sunt inuoluntaria immo neq; voluntaria. Ergo non quicquid quis operatur per iram aut concupiscentiam: est inuoluntarium. ¶ Decimatertia. Nonne potius honesta morte oppetendum est q̄ ad turpe compelli. Respōsio/ est. Nam minus malum/ minus est fugiendum: atq; magis bonum/ magis eligendum. Atqui minus malum est morte oppetere/ q̄ turpe aliquid alterius compulsionē admittere. Nam mors solum est malum pene & corporis. Turpis autem operatio est malū culpe scilicet turpe & ipsius anime. igitur potius honesta morte oppetendum est/ q̄ ad turpe compelli. hinc recte admonuisse legitur diuum Ludouicum in clytū quodā Gallorum regem sua piissima mater. Malū (inquit) fili charissime te mortē subire temporalē: quā vnico peccato mortali te tuum offendere creatorem. Hinc merito commendatur Susanna q; parata fuerit potius quoduis perpeti supplicium: q̄ miprobe senum voluntati condescendere. Cui si similis fuisset Lucretia: maluisset sane mortem et falsā infamia quā minabatur (auctore Tito Liuo) adulter Sextus Tarquinius ferre/ q̄ horum timore victa ei acquiescere: & demū sibi ipsi vitam adimere/ quorum vtrumq; ei vicio dandum venit. Preterea id potius faciendum est quod ad propriam hominis vitam magis accedit honesta autē morte oppetere/ magis ad propriā hominis vitā accedit q̄ ad turpe compelli. Nam hominis propria vita est nunq̄ a recta ratione deuiare. Propria inquam/ id est homini peculiaris: et secundum eius naturam ei accommodata. Qui eni a recta ratione deuiat: iā nō viuic vt homo/ et si vitales peragat operationes vt animal. Quoniā viuere hominis: est bene viuere. Qui igit̄ non

Que ignorantia excusat peccatū & que non.

Diuus Ludouicus.
Susanna.
Lucretia.
Sextus.
Tarquinius



14 bene viuit: non dicitur proprie viuere. igit honesta mort
 ¶ Decimaquarta questio. Quando volutarie agendum est. Respon- et edum est q ad turpe copelli.
 15 lutarie agendi pbes occasio: & pferri cu quicq studiose agend- na in honestis operatio lularia
 laudi dat. ¶ Decimaquinta. Vbi volutarie agendum est. Respono. Vbi oportet: & honesta qu pia vo
 lutarie agendi offeri oportunitas: potissimu vbi occurrit aliqd bene & scdm virtute agendi. Nam
 virtutu officia (vt ex proprietatibus eorum in principio positus constat) sut volutarie op. ita.

Electatione diximus operationi superueniente placentia. Que istu Delectatio
 d diosi habitus operatione sequitur: simpliciter per se vera et p... ta X
 delectatio est. Et hec sine doloris / tristitieq; ammixture est. Que
 dolori / tristitieq; ammixta fuerit: delectatio per accidens dicitur.

- | | | | |
|--|--|---|-----------|
| 1 Quid. | 8 Nonne voluptas / operatiois est perfectio. | 13 Nonne delectatio nature constans / adultiq; habitus: per se est. | Questioes |
| 2 An generatio. | 9 Que delectationu meliores: intellectuales / an corporales. | 14 Nonne ad hominum vitam voluptas requiritur. | |
| 3 Repletio. | 10 Que potissima. | 15 An aliquis continue delectetur | |
| 4 An motio. | 11 Qualis. | 16 Quando delectandum est. | |
| 5 Quot delectationum species. | 12 An delectatio per se sit: que naturam habitumue con- | 17 Et vbi. | |
| 6 Quoad durat. | | | |
| 7 Nonne operatio nu / et animalium specie differenti- um: voluptates specie differunt. | | | |

¶ Elementa. ¶ 2. Generatio actio est qua in naturam / habitumue proficiscimur. Element.
 ¶ 3. Complura voluptatu sunt capacia: quoru nulla repletio est. ¶ 4. Omni
 motioni conuenit esse velox aut tardu. ¶ 5. Due: per se / et per accidens. ¶ 6.
 Quamdiu operatio manet ¶ Dū agens / patiensq; idē in eadēq; dispositione
 manet: et eoru effectus manebit. ¶ 7. Ea q specie diuersa sunt: a diuersis per
 ficiuntur. et que proprias operatioes habent: et delectationes diferentes ha-
 bent. ¶ 8. Sine delectatione: operatio minime perfecta est. ¶ 9. Meliores de-
 lectiones sunt: que tristitiis ammixte non sunt. ¶ 10. Operationis optimi
 habitus: delectatio est optima. ¶ 11. Queda bona / et quedā praua. ¶ Volu-
 ptates / operationu quaru sut: iudicia sequuntur ¶ 12. 13. Diffinitio. ¶ 14. Qui
 bus quandoq; adueniunt tristitie: eos voluptates iuuat. Sunt pfecto volupta-
 tes / tristitiarum medele ¶ 15. Nullus homo continue operatur.


¶ In finita est in primo capite delectatio esse complacentia superueniens operationi. Vt cū
 d ab esuriente sumitur cibus aut a sitiente potus: illam cibi / potusq; sumptionem consequi
 tur complacentia quedam que dicitur delectatio. Ita cum intellectus quipplam contem-
 platur aut voluntas secundum virtutem operatur: huiusmodi contemplationem aut actionem
 consequens voluptas est delectatio. Et quis nunq inueniatur delectatio nisi coniuncta operationi:
 tamen delectatio non est ipsamet quam comitatur operatio / quod satis ex eo constat q inuenitur
 operatio separata a delectatione. Vt visio pulchre picture que fit ab egrotto non est coniuncta de-
 lectioni / & eiusdē picture inspectio ab hoie sano / & eiusdē nature cū visioe egroti est coniuncta de-
 lectioni: que delectatio aliud est reipsa ab operatioe quā comitat. Et odor floris coseq; ei pulchritu-
 dinē: aliud tñ ē floris odor & aliud ei pulchritudo. Enivero operatio ē vt sensatio: delectatio vero vt
 appetit. Visio aut nō est rei appetitio: ita sane neq; operatio ē delectatio: neq; delectatio est operatio.
 Delectatio
 O. delecta-
 t. est reipsa
 aliud ab o-
 peratioe cul
 superuenit.

Delectatio

¶ Dicitur delectatio per se & per accidens. Delectatio per se est quae sine doloris / tristitiaque admixtione & perfecta delectatio merito dicitur: quia nihil sui contrarium habet permixtum sed sincera est & maxime liberalis. Vt est delectatio sequens operationem habitus studiosi ut contemplantis / liberalitatis: aut etiam consequens operationem habitus quo veritatem contemplatur. Sicut enim philosophus in Topicis: delectationi quae est in contemplatione veritatis nihil esse contrarium: tantum abest ut tristitia admixta sit. Delectatio per accidens est quae dolori / tristitiaque admixta est. Et haec non simpliciter neque omnino sincera est: ut quae sui contrarium aliquid habeat admixtum. Delectatio sequens operationem precedentem habitum studiosum / cum molestia & tristitia quadam facit: quae nondum expedita astitit illius operationis agende facultas. Sicut delectatio consequens sumptionem alimentum ad naturae sustentationem: nam ante saturationem huius delectationi est coniuncta tristitia ob indigentiam. postquam vero exempta fuerit fames ciborum copia: & tunc quoque annexa est tristitia ob abundantiam. Proinde huiusmodi delectationes corporeae sunt non vere & imperfecte delectationes: verarum animi delectationum solum remote quaedam similitudines. Verum homines / sensum & eius iudicium sequentes neglecto animo corporeas quidem voluptates summopere persequuntur & appetunt: neque animi delectationes curant quia earum suavitatem & dulcedinem nunquam degustarunt. hinc quanto excellentiores sunt animi voluptates iis quae sunt corporis / ignorant: cum tamen ille tantum has excedat quantum anima corpori & operationes propriae animae: ipsas corporis functiones. Quae si animus corpore emergens seque super suum at tollens domiciliu vel semel delibaret quanta esset vere delectationis perfectio & suavitatis: tanta illius caperet cupiditate & desiderio / ut neglectis corporis voluptatibus velut umbra quaedam ad animi voluptatem iterum atque iterum persequenda tanquam lucem nitidam totus anniteretur. In animo enim delectationis veritas est / in corpore vero solum vestigium. **¶** Prima questio. Quid delectatio. **Responsio.** Est operatio superueniens placetia. Et ita per ordinem quae prius definita sunt interrogantur. **¶** Secunda. An delectatio sit generatio. **Responsio.** Non. quia generatio est actio qua in naturam / habitum proficiscimur. Vt conuersio cibi in substantiam nutritiam qua perfectum assequimur incrementum dicitur hic generatio: quia per eam proficiscimur in naturam / naturalem perfectionem. Similiter operatio precedentis habitum ut scribendi aut loquendi dicitur hic generatio: quia per eam proficiscimur in habitum. Sed delectatio non est actio qua in naturam habitum proficiscimur. Est enim solum complacentia tali actioni superueniens: ab ea tamen specie (ut iam dictum est) discrepans. quemadmodum radius illuminatio solis coniungitur radii eiusdem calefactiuus / ab eo speciei discrimen habens: sicut calor a lumine / cui tamen eodem in subiecto adest. Hoc enim visu percipitur / ille vero tactu. Igitur delectatio non est generatio. **¶** Tertia. An delectatio sit repletio. **Responsio.** Non. Quia complura voluptatum sunt capacia quorum nulla repletio est. Vt anima rationalis / oculus / auris & cetera sensuum organa delectantur: & tamen non replentur quemadmodum hominem dicitur mus cibo repleri / suscipiendo scilicet intra se rem corpoream. Igitur delectatio non est repletio. ut dixerunt nonnulli perditos gulones / qui solum attendentes delectationes sensitivas et homini cum brutis communes: differunt delectationem esse repletionem. quia tamen demum putabant veram esse delectationem: cum venter cibo distenderetur / vinumque exestuaret. **¶** Quarta. An delectatio sit motio siue mutatio. **Responsio.** Non. Quia omni motioni conuenit esse velox aut tardum. Generationum enim haec velox est: illa vero tarda / & ita de corruptione / augmentatione / diminutione & ceteris: quemadmodum naturalis philosophia ostendit. Delectationi autem non conuenit esse velox aut tardum. Nam velox et tardum solum illis conueniunt quae in tempore fiunt et perficiuntur. Delectatio autem ut perficiatur & efficiatur / temporis successione non eget: cum subito fiat / & momento (praesertim ea quae sunt animi) sit perfecta / sicut repetitur & sine mora radii luminis per totum diffusum concavum. Quae si delectatio trahat mora temporis: id per accidens est & ratione eius cui coniungitur. Igitur delectatio non est motio. **¶** Quinta. Quot delectationum species. **Responsio.** Duae: scilicet delectatio per se & delectatio per accidens. Et haec prius definitae sunt. **¶** Sexta. Quoad durat delectatio. **Responsio.** Quod diu operatio manet. Nam dum agens / patientis / idem in eadem disponere manet: & eorum effectus manebit. Vt quod diu manebit illuminans & quod lumen suscipit / sicut illuminatio / & quod diu calefaciens & calefactum manent eodem modo disposita: fiet calefactio. Sed quod diu manet operatio: agens delectationem & patientis siue eam suscipiens manent eadem & in eadem dispositione / ergo & effectus scilicet delectatio etiam manebit idem. Itaque durat delectatio quod diu manet operatio. **¶** Septima. Nomen operationum et animalium specie differunt voluptates specie differunt. **Responsio.** Differunt. Nam ea quae specie diuersa sunt: a diuersis itidem specie perficiuntur. Operationes autem perficiuntur a delectationibus se consequentibus / ut sine quibus essent imperfectae: igitur operationum specie differentiis etiam delectationes specie differunt / ut alla delectatio visiva & alla auditiva. Praeterea quae proprias operationes habent: et delectationes dif-

Questioes

Q non ois delectatio tepore vt p ficial eget.



- ferentes habent. Animalia autem specie differentia habent. vt alia est propria operatio hominis scilicet intellectio & secundum
 equi/alia leonis. Igitur animalia specie differentia habent operationes specie differentem quem
 admodum alia est specie delectatio equi/alia asini/alia leonis: haud aliter q̄ florum speci
 pantium diuersi sunt odores. ¶ Octaua. Nonne voluptas/ operationis est perfectio. Respon
 sio. Est. Nā sine delectatiōe operatio minime p̄fecta est: vt neq; pulchritudo sine sanitate. Eni
 lectatio effectus est consequens operationē sicut natiua pulchritudo a sanitate p̄ficiat: eāq; in
 quif. Q̄ si quis obliuiscat prius dictū esse delectationē ab operatiōe reipsa discrepare: proinde ab
 operatiōe semoueri posse & solā operationē sine delectatiōe relinqui. Quo posito illa operatiō
 esset p̄fecta: cū nō foret coniuncta sue voluptati per hypothēsū. Id autē videtur incōmodū. Respon
 sio. Admissa hypothēsi concedit̄ operationē solā p̄fectā quidē esse sed nō adeo vt delectationi an
 nexā. perinde atq; sanitas sine pulchritudine & perfecta est & expetibilis: sed nō tamen ita p̄fecta
 est sicut ipsa pulchritudini cōiuncta. Nā vnū bonū alteri additū reddīt ipsū melius & expetibili⁹: vt
 lumē superfusū picture efficit eā visu pulchriorē ¶ Nona. Que delectationū meliores sunt an cor
 porales an ne potius intellectuales. Respon̄sio. Intellectuales. Nam meliores delectatiōes sunt que
 tristitiis amixte nō sunt. Minuūt enī tristitie delectationē & eā offuscāt: quē admodū amarū dulci
 permixtū tollit aliquid suauitatis. Atqui delectatiōes intellectuales tristitiis amixte nō sunt: pres
 ferti ille que habituū operatiōes p̄fectas sequunt̄. Ille vero que coniuncte sunt operatiōibus habi
 tū precedētibus: quodāmodo tristitiis pmiscen̄t que p̄fecto iā habitu nō p̄manebūt. Corporales
 vero tristitiis sunt pmixte vel ob indigentia vel ob abundantia atq; satietatē aggeneratē fastidiū.
 Hinc recte Horatius huiusmodi voluptates fugiēdas monet dicēs. Sperne voluptates: nocet em
 pta dolore voluptas. Sūt igit̄ delectatiōes intellectuales meliores q̄ corporales. Quia tamen solas
 corporales voluptates nosse vidētur hoies/ plus equo corpori curādo addicti: idcirco intellectua
 les neq; p̄sentiuūt neq; magni existimāt/ vt ante q̄stionū discussionē dictū est. ¶ Decima. Que de
 lectatio est potissima & optima. Respon̄sio. Delectatio sequēs felicitatē contēplatiuā siue operatiō
 nē sapientie. Nā operatiōis optimi habitus delectatio est optima. Felicitas autē cōtēplatiua est ope
 ratio optimi & p̄fectissimi habitus sc̄ sapientie: igit̄ delectatio eā felicitatē consequēs est optima &
 potissima. ¶ Undecima. Qualis est delectatio. Respon̄sio. Quedā bona & quedā praua. Nā volu
 ptates/ operatiōnū quarū sunt iudicia sequunt̄. Bonarū enī operatiōnū vt officiorū virtutis dele
 ctatiōes sunt bone: & malarū operatiōnū vt intēperatiē & iniustitie delectatiōes sunt turpes atq;
 prauae. Atqui aliquae sunt operatiōes bone & aliquae prauae: igitur & aliquae delectatiōes sunt bone
 et aliquae male. quemadmodū boni & dulcis pomi sapor est dulcis: amari autem sapor est amarus.
 ¶ Duodecima. An delectatio que naturā habitūq; cōstituit: sit delectatio per se. Respon̄sio. Non.
 Quia huiusmodi delectatio: dolori/ tristitieq; ammixta est. vt cū natura ducit̄ in bonā dispositio
 nē per alimētū aut medicamentorū sumptionē: delectat̄ quidē ob reparationē eius quod deperdi
 tū fuerat/ sed & tristat̄ ob indigentia aut potioniis amaritudinē. Et cū quis primū discit tangere fi
 des chordasq; cythare/ delectatur siquando facit harmonia: tristat̄ tamē ob laborē subeundū ad
 quē adhuc rudis est. Ita sane istaia aliquo vicio laborat quod sit extirpandū per operatiōes opposi
 tas: ille fit̄ cū delectatiōe admixta tristitie. igitur per diffinitionē delectatio que naturā/ habitūq;
 constituit non est delectatio per se. ¶ Decimatertia. Nōne delectatio nature constantis/ adultiq;
 habitus est delectatio per se. Respon̄sio. Est. Nā delectatio nature cōstātis atq; p̄fecte nec nō & ha
 bitus consumat̄: nō est pmixta dolori aut tristitie. Siquidē a p̄fecta sanitate p̄ficiēs operatio itē
 dē perfecta est: & sibi affectam habet delectationē p̄fectā. Et ab habitu temperatiē liberalitatisq;
 procedens officiū/ perfectū est: comitēq; habet delectationē tristitie immunē/ dolorisq; expertem.
 ¶ Iḡ per diffinitionē/ nature cōstātis & habitus adulti delectatio est p̄ se ¶ Decimaquarta. Nonne
 ad hominū vitā voluptas requiritur. Respon̄sio. Requirit̄. Nā quibus quādoq; adueniunt tristitie:
 eos voluptates iuuant. Sunt p̄fecto voluptates/ tristitiarū medele: vt dulcia amaris pmixta eorū
 sunt temperamēta. hominibus autē hanc mortalē agētibus vitā quandoq; adueniūt tristitie vel
 ob corpus indigū rerū/ vel ob animū suis quas natura expetit p̄fectiōibus carentē. Vt enī corp⁹ nō
 habēs sanitatē natura tristat̄/ & oculus cui negatū est lumē dolore afficit̄: ita animus virtutē mora
 lē (que eius sanitas est) non habēs/ meret. Et intellectus doctrina (que eius est lumen & perfectio) rat p̄fectio
 priuatus exorsq; scientie: itidē dolet. Neq; hec animi tristitia desinit vnq;: quoad suas quas natura
 desiderat p̄fectiōes assecut⁹ fuerit. Quib⁹ qdē habitis gaudet & delectat̄: vt corp⁹ optima sanitate
 parta aut oculus pulcherrimū lumen aspectans. Iḡ ipsos hoies/ voluptates iuuant. Est igitur ad

Oblectiōis
dilutio

Horatius

animus
suas deside
rat p̄fectio
nes.

Felicitas

hominū vitā voluptas necesse est conueniēs. Et reuera hic mundus sensibilis in quo modo delectatio efficiunt: deprehēditur participatiōe mediū esse inter mundū intelligibile vbi summa est delectatio: & exulatq; ois dolor: & inter regionē tenebrarū vbi summa tristitia: nec vllus delectatiōis locus est. quēadmodū hic alternis vicibus lumen est & tenebre: virtusq; et viciōm miscua sunt. In mūdo intelligibili sola lux explosis tenebris: solaq; virtus. In regiōe vero tenebrarū sole sunt tenebre: & exclusa virtute solus viciōrū horror. ¶ Decimaquinta. An aliquis continue delectet. Responso. Nō. Quia nullus homo continue operat. Nā cū virtus humana sit defectibilis: necessaria est operatiōis intermissio et quies. Igit̄ nullus homo continue delectatur. ¶ Vnde iuxta questio ostendit: tantisp̄ durat delectatio quā diu manet operatio. Sicut̄ igit̄ operatio humana nō est sine interruptiōe continua: ita neq; delectatio. quēadmodū si nō est continua luminis diffusio: neq; potest esse cōtinua coloris visio. Et hoc ipso deficiūt humane delectatiōes a p̄fectissimis supramundanorū delectatiōibus: que (sicut et eorū operatiōes) iuges sunt & cōtinue. Anime tamē delectatiōes minus habent interlaxationis quā ee que sunt corporis: quia operationes anime magis sunt continue/ permanentiores & stabiliores/ quo sane deprehendunt̄ supramūdanorū delectatiōibus (que sine fastidio aut tedio quod solet in his inferiorib⁹ satietas parere sūt continue) esse similliores atq; pp̄inquiōres. ¶ Decimasexta. Quādo delectandū est. Responso. Quādo oportet/ et honesta delectandi p̄bet̄ occasio: potissimū cū quicq; boni agendū est. Nā bone operationes debent esse delectabiliter facte. ¶ Decimasextima. Vbi delectandū est. Responso. Vbi oportet & quo in loco oportuna delectandi prestatur commoditas: precipue tamen vbi aliquod virtutis officium est peragendū. Nā ex ante habitis pp̄rietatib⁹ oē virtutis officium delectabiliter est agendum.

Felicitas
I
X


N summi boni nomine (inquit Aristoteles) philosophi consentiunt in oēs: idq; felicitatē nuncupant. Quā quidē ita describit. Felicitas est (inquit) secundū virtutē hoīs operatio et in vita perfecta. Que si fuerit secundū ciuilis prudentie operationē sumpta: felicitas moralis/ humanaq; et actiua dicit̄. Si vero purgata iā mēte per sapiētie studiū optimis nature entibus coniuncta/ nos eorū amore rapiat: contēplatiua felicitas/ separata/ ac diuina nuncupat̄. ¶ Felicitatis proprietates. Est bona. per se. perfecta. homini propria. partis rationalis. iucūdislima. pulcherrima. optima. permanens/ et humanarū operationum finis vltimus/ optimusq; fructus.

Questiōes

- | | | | | | |
|---|-------------------------|--------------|---|--|--|
| 1 | Quid. | voluptatibus | 15 | Nōne prospera amicorum/ atq; aduersa: in amicos redundant. | |
| 2 | Quot felicitatū modi. | 9 | An in honoribus | 16 | Nonne magnis aduersitatum calamitatibus prepediatur felicitas. |
| 3 | Vtra melior. | 10 | An in diuitiis. | 17 | An puero competat. |
| 4 | An laudabile bonum. | 11 | An in virtute. | 18 | Quādo patet felicitas. |
| 5 | Nonne honorabile bonum. | 12 | An in idea. | 19 | Et vbi. |
| 6 | Quis deo amatissimus. | 13 | An felix bonorum externorū amminiculis eget. | | |
| 7 | Qualis. | 14 | Nonne aliquis dum viuit potest dici vere felix. | | |
| 8 | An felicitas in | | | | |

Elementa

¶ Elementa. ¶ 2. Duo: actiua et contēplatiua. ¶ 3. Cōtēplatiua. ¶ Cū duarū operationū alterā alterius gratia querimus: ea cuius gratia quesita est altera/ melior est. ¶ Vita contēplatiua homini secundū aliquid diuinū conuenit. ¶ Quod est separati/ et diuini: perfectius est eo quod est cōpositi. ¶ Et quod paucioribus eget: quodq; deo/ intelligētisq; tribuimus. ¶ 4. Laus/ ob



bonū cōmendatio est: ad prestātius quid incans. Honor, hōnō est exhibitum in excellētis boni signū. ¶ 5. Felix. ¶ 6. Quod in hoīe deo similius est: deo amātissimus est. ¶ 7. proprietates. ¶ 8. In quo cū beluis cōmunicamus: felicitatē consistere minime posse videt. ¶ 9. 10. Felicitas in bono: ipsi beato extrario nō cōsistit. ¶ 11. Virtus inesse dormienti: et nō secundū virtutē quidē invita perfecta opati: inesse potest. ¶ 12. In eo quod a nobis i hac vita possideri nō potest: huiusmodi tēporalisq; felicitas haudquaq; collocanda est. ¶ 13. Iis opus est felici: sine quibus virtutis officia exercere nō potest. ¶ 14. Aliquis dum viuūt: secundū virtutem operari: et ad finē vsq; in studiosa operatione persistere potest. ¶ 15. Sicut amicorū bona sunt cōmunia: eque aduerse fortune eos decet esse participes. ¶ 16. A magnis calamitatibus impeditur felicitis operatio. ¶ 17. Is felix esse non potest: qui secundum virtutem operator nō est. ¶ 18. In vita pfecta. ¶ 19. Vbi secundū virtutem perfectam operatur.

Hilosophus in primo libro Ethicorū dicit philosophos oēs cōuenire in noīe sūm boni humani: et quod ab hoīe in hac vita possideri potest. Omnes enī huiusmodi summum bonū vocant felicitatē: in re autē ipsa et quid sit tale bonū/plurimū inter se discrepare.

Aliqui enī eā cōstituebāt in voluptatibus: alij in honoribus: nōnulli in diuitijs: pleriq; in virtute vt Stoici ceteris pprius ad Aristotelis sententiā accedētes. Alij in Idea vt Platonici. Quorum omniū positio in questionū discussione improbabili. Aristoteles vero ceteris melius sentiens: eam posuit in virtutis opatione collocatā esse. Et ita felicitatē eo in loco diffinit. Felicitas est secundum virtutē hoīs opatio: et in vita pfecta. Secundū virtutē in quā nō quālibet: sed optimā et perfectissimā in suo genere. Nam ipsa felicitas: optima est et pfectissima opatio: quare nō nisi ab optima et pfectissima virtute potest pifici: sicut neq; optimus fructus enalci pōt nisi ab optima arbore. Et quis felix secundū virtutes minores et minus pfectas etiā opetur vt qui virtutē omnē absolute: cōsumatq; sit assecutus quā sine opatione nō sinit esse ociosam: tamē ab huiusmodi opatione secundū inferiores virtutes nō sumit felicitatis denoiationē. Et debet huiusmodi operatio hoīs felicitis secundū optimā: dignissimāq; virtutē fieri in vita perfecta: id est ab eo tēpore quo homo habet vsum rationis: rationēq; natura perfectā et cōsummatā ad finē vsq; vite. Nam si quis in principio secundū virtutē viueret et deinde a virtute descisceret nō persistēdo in cōtinua virtutis operatione: aut si quis principio improbus ad annū vsq; trigēsimum: et tandē virtute cōsumatissimus euaderet: hic nō simpliciter et pfecte felix sed solū secundū quid diceretur. Philosophus autē diffinit pfectā felicitatē more auctorū qui maxime et simpliciter talia diffinire curāt: a qua quis pfecte felix dici queat. ¶ Et duplex est felicitas sc; actiua et cōtemplatiua. Felicitas actiua est felicitas secundū optimam virtutē actiuā/moralēq; sumpta: sc; iustitiā legitimā que totā cōmunitatē ad bene/beateq; viuendū dirigit: et virtutū moralū (quas oēs in se continet et comites habet) preclarissima esse probata est. Felicitas vero cōtemplatiua est felicitas secundū optimā virtutē cōtemplatiuā sumpta: sc; secundū sapientiā que virtutū mentis pfectissima et honorabilissima esse probata est. Itaq; diffinit in littera felicitas actiua esse felicitas que secundū ciuīlis prudentie opationē est sumpta: id est que secundū optimē virtutis moralis operationē est sumpta vt pote iustitie legitime: q; quidē opatio dirigitur p ciuīlē/polyticāq; prudētiā: vnā totā multitudinē ad honestā vitā moderantē. Si quidē ciuīlis prudētie respondet iustitia legitima. Nempe ciuīlis prudentia cōsultat quomodo iustus legitimus recte totā vnā rempublicā/cōitatemq; regat. quare ciuīlis prudētie operatio: et opatio iustitie legitime que est felicitas: cōiuncte sunt: illa dirigit: hec vero secundū illius directionē facta. Et dicitur hec felicitas/moralis: quia secundū optimā virtutē moralē opatio est: dicitur et humana: quia in hoc tantū mundo sensibili degentes respicit: neq; deflectit suā moderationē ad ea que sunt extra hanc sensibiliū machinā. Demū dicitur actiua: quia in actione et virtutis moralis opatiōe cōsistit. Felicitas autē cōtemplatiua diffinit esse ea que purgata iam mente per sapientiē studiū/optimis nature entibus cōiuncta: nos eorū amore rapit. Ad quā quidē cōsequendā debet (vt ostendit data diffinitio) mens esse purgata per virtutis moralis officia. Non enim potest quis assurgere ad cōtemplationē:

Felicitatis diuisio.



Felicitas

Iuuenalis.

nisi purgatione animi virtutibus mens enata fuerit. sicut non potest oculi iubar illustre solis spectare: si caligo labesque in oculo. Hinc recte dicit Iuuenalis. Nemo malus felix. Debet preterea mens humana esse coniuncta celestibus nature entibus per studium sapientie. Id est per sapientie contemplationem (nam hec est quam diffinimus felicitas) esse coniuncta supramundanis et diuinis entibus honorabilissimis in natura: quibus quidem mens coniungitur non per loci assistentiam viciniamque; sed per intimam speculationem mentisque ad celestia meditanda erectionem. Illis enim mens coniungi dicitur: que animo versatur sibi que presentia contemplando reddit. Quoadmodum Ouidius de Pythagora dixit.


Ouidius.
pythagoras

Isque in celi regione remotus/
Mente deos adiit: et que natura negabat
Visibus humanis: oculis ea pectoris hausit.

Et huiusmodi tam digna felicitas rapit homines studio sapientie euctos amore optimorum nature entium. Immo vero rapit eos celestium contemplatione per intellectum / corum amore per voluntatem / et iugiter recordatione per memoriam secundam. hoc enim diuino vultu (quem omnium perfectissime exultum habet et dispositum) huiusmodi felix semper aspirat ad celestia: et corpore terras habitans animo versatur in celis / diuinam potius quam humanam vitam ducens. Quocirca sub voluntatis operatione in hac ratione expressa / intellectus quoque operatio et memorie secunde intelligenda est: quoniam he tres potentie sibi mutuo nexu coniuncte sunt / et sese comitantes. Dicitur autem hec felicitas contemplatiua: a contemplandi officio quod precipue curat / et quia ab habitu maxime contemplatiuo scilicet sapientia proficitur que est circa maxime necessaria et impossibilia aliter se habere. Dicitur et separata: quia versatur circa ea que a materia sensibili et motu ut generatione / corruptione / augmentatione / diminutione et reliquis semotissima sunt: neque illis per se neque per accidens coniuncta. Postremo vocatur diuina: quia versatur circa entia diuina et que in tota natura dignissima sunt. ¶ Deinde ponuntur decem felicitatis proprietates: que accommodari possunt tam felicitati actiue quam contemplatiue. Si quidem actiua felicitas primo est bona: imo vero optima in suo genere. Secundo. est per se: inter agibilia quidem / quia non ordinatur gratia alterius agibilis: quousque extra genera agibilium ulterius referatur ad felicitatem contemplatiuam ut suum finem. Tertio. felicitas actiua est perfecta in suo genere: quoniam actionum omnium perfectissima. Quarto. est homini propria: nam brutis minime competere nata est. Quinto. est partis rationalis: nam voluntatis que ratione utitur et non potest vegetatrix / sensitivae aut appetitivae irrationalis. Sexto. ipsa est iucundissima: nam optime et perfectissime delectationi coniuncta. Nempe optimam operationem non nisi optima delectatio consequi potest. Septimo. ipsa est pulcherrima: nam maximum ornamentum et decorum animo affert / cum ab eo procedat habitu cui neque heperus neque lucifer pulchritudine par esse censetur. Et a pulcherrimo habitu pulcherrima quoque prodeat operatio. Octavo. est optima. Nam ab optimo habitu enascitur inter habitus actiuos. Nono. est permanens. quia tam diu durat quam diu vita hominis / qua desinente itidem definit: nam ea in altero mundo opus non est. Decimo. felicitas actiua est humanarum operationum finis ultimus inter agibilia: et optimus fructus qui postremo ex precedentium actionum floribus colligitur. At vero contemplatiue felicitati dicte proprietates perfectius conveniunt. Quippe felicitas contemplatiua primo est bona simpliciter. Secundo est per se / quia cum alia sint eius gratia: ipsa nullius alterius gratia est. Tertio. est perfecta simpliciter: cum a tali dignatur habitu. Et operationes / habitum ex quibus sunt rationem sequuntur. Quarto. est homini propria et peculiaris: nam cetera ab homine aialia huiusmodi felicitatis sunt exortia. Quinto. est partis rationalis: quia est intellectus secundum superiorem eius partem utpote contemplandi vim. Sexto est iucundissima ad memoriam. Septimo est pulcherrima ad intellectum. Octavo est optima quo ad voluntatem. Nono est permanens: nam hac in vita sumens exordium continuatur in altera / ulterius non referatur: et earum optimus etiam est fructus: qui ex contemplationibus ad hanc felicitatem preparantibus / ut suis spiratissimis floribus colligitur. ¶ Prima questio. Quid felicitas. ¶ Responso. Est hominis secundum virtutem operatio et in vita perfecta. Et eo modo cetera per ordinem diffiniantur. ¶ Secunda. Quot felicitatum modi. Responso. duae / scilicet felicitas actiua et contemplatiua. Et hec diuisio sicut et ante data diffinitio / principium est. ¶ Tertia. Vtra duarum felicitatum est melior: an actiua an ne potius contemplatiua. Responso. Contemplatiua. Primo. Nam cum duarum operationum alteram alterius gratia querimus: ea cuius gratia quesita est altera / melior est. Est enim finis prestantior istis que sunt ad finem. Sed duarum operationum scilicet felicitatis actiue et contemplatiue vna scilicet felicitatem actiuam querimus gratia alterius utpote felicitatis contemplatiue. Nam felicitas actiua ulterius ordinatur ad felicitatem contemplatiuam: ut suum finem. Et actio / contemplationis est gratia: igitur felicitas contemplatiua ut cuius gratia queritur felicitas actiua / est melior: et merito quidem. Nam in ordinatis imperfecta semper sunt perfectiorum gratia: ut sensibilia intelligibilium / et vita ista tunc

Decem felicitatis proprietates.

Questiones



poranea: immortalis eterneque vite gratia. ¶ Secundo. Felicitas cōtemp-
 diuinū cōuenit vtpote mentē: que ita diuinorū cognoscendorū
 li cōcauū: neque quiescit vnq̄ nisi illorū parta contēplatione. ¶ Quodē se totā diuinā decla-
 norūq̄ simillimā. Felicitas autē actiua nō cōuenit homini secundū aliquid diuinū. Nam pe-
 scendimus ad humana/ ea tantū curamus/ illis oīno intenti sumus: igit̄ felicitas cōtēplatiua
 lior est actiua: quo diuina hūanis p̄stāt. ¶ Tertio. Quod est separati et diuini est p̄fectius eo
 est cōpositi. Felicitas autē cōtēplatiua est separti et diuini sc̄ del et supramūdanorū vt obiectū q̄
 a motu et materia sensibili penitus separata sunt. Preterea felicitas contēplatiua est ipsius
 separata est in suis functionibus ab organis corporicis/ et prorsus abstracta. Felicitas vero actiua
 est cōpositi sc̄ actionū humanatū materle et motui coniunctarū. Preterea ipsa est partis irrōnalis
 sc̄ appetitus sensitiui moderatiua qui est cōiunctus et cōpositus. Nam ad suas opatiōes vtiq̄ orga-
 no corporeo: igit̄ felicitas contēplatiua est melior felicitate actiua. ¶ Quarto. Quod paucioribus
 eget: melius est. Nam ipsi summo bono p̄ se sufficiētissimo simillus est. Felicitas autē cōtēplatiua
 paucioribus eget externis. Nam solis ijs que sunt ad vite p̄prie cōseruationē necessaria: vt victu et
 amictu. Hinc a turbationibus curis et sollicitudine/ aliena est: quibus actiua felicitas est obnoxia.
 Exprimiturq̄ typo diue marie Magdalene sedentis secus pedes domini et audientis verbū illius.
 Actiua vero Marthe satagentis circa frequēs ministeriū/ vt cū de prudentia ageret: in decime que
 stionis dissolutione dictū iam est. Felicitas autē actiua pluribus indiget. Nam p̄ter ea que vitā ser-
 uant indiget bonis externis vt instrumētis: quibus officia virtutū ad alios exercent igitur felicitas
 contēplatiua q̄ actiua melior est. ¶ Quinto. Quod deo/ intelligentijsq̄ tribuimus: melius et perfe-
 ctius est. Nam p̄fectissimis nature entibus p̄fectissime cōditiones accōmodande sunt. Felicitatem
 autē cōtēplatiuā deo et intelligentijs tribuimus. Nam cōtēplatio primū deo cōuenit et proxi-
 me intelligentijs: nobis vero in remota tantū similitudine et tenui vestigio. Felicitas autem actiua
 minime supramundanis entibus attribuitur. Non enim fortitudinis aut tēperantie pagunt officia:
 imo neq̄ nobis in illa felicissima regione amplius competit quibus tamen ante cōueniebat. Nam
 nulla ibidē erūt virtutū moralū obiecta: nulla fortitudinis aut tēperantie materia. Illic tamen feli-
 citas contēplatiua homini longe p̄fectius q̄ hic cōueniet. Ex quo iterū cōstat felicitatē cōtēplatiuā
 p̄statiore esse: nā diuturnior est/ in hac vita et altera permanens. Actiua autē minus diuturna: hoi-
 secūdū hāc tantū modo vitā cōueniēs. Bonū autē diuturnius/ eo quod minus est diuturnū p̄stātius
 est. ¶ Quarta. An felicitas sit bonū laudabile. Respōsio. Felicitas actiua ad virtutū moralū opa-
 tiones et agibilia collata: nō est bonū laudabile. Nam inter ea nō est quicq̄ prestantius: ad quā cō-
 mendatio ob felicitatē actiuā possit nos incitare. Ea tamen cōparata ad felicitatē contēplatiuā/ est
 bonū laudabile. Nam est bonū cuius cōmendatio ad prestantius bonū sc̄ felicitatē contēplatiuā
 incitat: igitur p̄ diffinitionē est bonū laudabile. Felicitas autē contēplatiua nō est bonū laudabile:
 quia nō est bonū cuius cōmendatio ad prestantius bonū incitet. Nullū enī est inter humana bona:
 felicitate cōtēplatiua p̄stantius. Discit nāq̄ laus/ ob bonū cōmendatio ad prestantius quid incitās.
 ¶ Quinta. Nonne felicitas est bonū honorabile. Respōsio. Felicitas actiua est bonū honorabile.
 Nā est excellēs bonū in cui⁹ signū honor exhibēdus est hoi: igit̄ est bonū hōrabile. Preterea ipsa est
 bonū laudabile: igit̄ et hōrabile. Quodcunq̄ enī bonū laudabile est: idem est honorabile/ sed nō
 retroagit. Nam bonorū omniū excellentissimū honorabile est: et tamen nō est laudabile. Felicitas
 itidē contēplatiua est bonū honorabile. Nam ipsa est bonū excellēs in cuius signū honor merito
 exhibetur: igitur p̄ diffinitionē est bonū honorabile. Honor enī diffinit esse bonū exhibitū in excel-
 lentis boni signū. ¶ Sexta. Quis deo amātissimus est. Respōsio. Felix. Nam qui colit/ maximāq̄
 curam gerit vt oportet eius quod in homine deo simillus est: iure deo amantissimus est. Felix autē
 p̄sertim cōtēplatiuus colit studiose id/ maximāq̄ curā gerit eius quod in homine deo simillus est:
 vtpote mētis que maxime assimilaf deo in p̄fectione excellentia et dignitate/ imo aliquid diuinū
 in homine est: et secundū quod homo euadit diuinus. Quate omniū animis figēda est hec dignis-
 sima Aristotelis sentētia et admonitio. Cum mens aliquid diuinū ad ipsum hominē est: et vita que
 ab hac manat/ diuina est respectu ipsius vite humane. Oportet autē nō (quēadmodū monēt quidā)
 hūana nos sapere cū simus hoīes/ aut mortalia cū sim⁹ mortales: sed quoad fieri potest imortales
 nos ipsos facere/ cūctaq̄ efficere vt ea vita viuamus que ab eo manat quod est eorūq̄ in nobis sunt
 p̄stabilissimū. Nam tametsi paruū est mole: vi tamē et precio multū oibus antecellit. Constat igit̄
 felicē p̄sertim contēplatiuū iure deo amātissimū esse. Felix itidē actiuus inter eos qui actiuā degūt
 vitā deo amātissimus est. Cōtēplatiuus tamen amantior: nā deo simillior/ p̄fectior et excellētior est.

Mari:
Magdalena
Nartha.

Aristoteles.



beneficia in alios/et pecuniā liberaliter erogare. Quis enim paup. multis virtutibus clarifcere possunt vt patientia/ rerū cōtemptu et reliquis: nō tamen actiua virtutibus virtutū officiis vt que cōsistunt in dando/ prouenē. Potius virtutis officiū est in aliis beneficia conferre: q̄ ab aliis accipere. Indiget igif vterq; felix bonorū extenorū adminiculo: nō igit tñ actiuus q̄ cōtēplatiuus. ¶ Decimaquarta. Nonne aliquis dū viuūt potest dici vere felix. Responso. Potest. Nam aliquis dū viuūt: secundū virtutē operari/ et ad finē vsq; in studiosa opatione persequere potest. Igit p diffinitionē aliquis dū viuūt potest dici vere felix. Neq; militat obiectio Solonis vt op positū facta: qua hoc modo insitit. Quādiu viuūt homo: pōt a bona opatione declinare et vicia vitiatē sese inflectere/ neq; cuiq; constat an in virtutū officiis ad finē vsq; vite p̄stabit. nō igit conitat aliquē esse vere felicē: cū id ex futuro cuius incertissimus dependeat. quare non est aliquis dū viuūt dicendus felix. Hac siquidē ratione bene p̄bat nobis incertū esse an quis sit felix nec ne: quod sane concedit/ quia id ipsum rei exitus p̄baturus est et ostensurus. Ex hoc tamē minime cōsequitur hominē nō posse esse aut dici felicē: quēadmodū quis incertū sit an homo cras sit ambulaturus: quia potest eius ambulatio (quis animo p̄posita fuerit) supueniēte aliquo impediri: nichilominus tamē vere dicif homo cras ambulaturus. Ita quis nō certo constat domū aliquā quattuor annos esse p̄mansurā: tamē et tanto tēpore p̄manere et p̄mansura dici potest. ¶ Decimaquinta. Nonne p̄spera amicorū atq; aduersa in amicos redundant. Responso. Redundant. Vt si vnus amicorū p̄speram habeat fortunā: illa redūdat in alterū/ qui quodā modo fit huiusce p̄speritatis particeps. Si cōtra vnus amicorū aduersitate premaf: et illa quoq; alteri amico cōmunis est. Nā sicut amicorū bona/ prospera q; sunt cōmunia: ita aduersae fortune eos decet esse participes/ quo vnus amicorū leuius aduersitatē ferat: q; eius quodā modo partē alter sustineat. quē et suis malis cōpatientē et cōsolatorē habeat. Sane amicorū officiū est: vt vtrāq; amici fortunā sibi cōmunē existiment. ¶ Decima sexta. Nonne magnis aduersitatū calamitatibus prepedif felicitas. Responso. Prepeditur. Nam a magnis calamitatib; impeditur felicis opatio. Vt si quis cōiiciatur in vincula/ carcereq; detineatur: nō potest ea virtutū officia prestare/ que nulla calamitate pressus exerceret. Quis eni in aduersitatibus magnanimitas et patientia maxime eluceat: multarū tñ aliarū virtutū officia que ad altorū presertim actiua. Contēplatiua autē nō ita p̄ aduersitates impediif: nisi vsq; adeo graues fuerint vt propter cruciatus inflictos corpori cogatur anima a p̄pria desistere opatione: et corpori compatī. Ceterū magne calamitates etsi felicis opationē impediunt: vbi tamē equo feruntur animo/ virtuti exercende materiā prestant et gratum deo hominē efficiunt. Qui quā ob causam voluerit hominē hac in vita aduersitatibus exerceri. Mantuanus eleganter ostendit.

Mantuanus.

Infecte fulgenti murice vestes
 Ante cadis rapidos ignes patiuntur ahenis:
 Quā celebres vsus habeant/ regumq; ferantur
 In thalamos. prius accensis fornacibus aurum.
 Soluitur in riuos et multo vapulat ictu:
 Quā gremio suaues epulas et vīna capaci
 Accipiat: multo subiguntur verberare farra:
 Ante fatigatis q̄ sint alimenta colonis.
 Mens humana sui sub incerti pondere pressa
 Carceris/ et terre latitans in mole caduca.
 Non nisi per luctus et lamētabilis cui
 Supplicia/ eternos mundi fortitur honores.

¶ Decima septima. An puero cōpetat felicitas. Responso. Non. Quia is felix esse nō potest: qui secundum virtutem operator non est. Puer autem non est operator secundum virtutē: nam rationē non habet perfectam et prudentia excultam. Non enim hic puer tam etatem q̄ animi conditionē designat: qua cum puerum vocamus qui virtutibus animū non perfectit. Quo pacto dicitur male dictus puer centum annorum/ et terram miseram esse cuius rex puer est. Igitur puero minime cōpetit felicitas. ¶ Decima octaua questio. Quando paratur felicitas. Responso. In vita perfecta/ cōpleta q; etate qua homo natus est secundum virtutem operari. Nam felicitas/ hominis est secundum virtutem operatio et in vita perfecta. ¶ Decima nona questio. Vbi paratur felicitas. Responso. Vbi secundum virtutem perfectam operatur. Quod ex ipsa felicitatis diffinitione vel apertissime liquet.



Peroratio.

Os ergo ad virtutes natura genuit: virtuti parete libenter/ fuge vicia: obla nimivirtus suo nos officio beatos efficit. Morū disciplinā discite: nō modo vt sciatis: verū vt boni efficiamini/ euadatiscq. Nulla enim huius discipline laus/ nullus fructus: nisi se quis bonis operibus proinus accōmodet. Circa enim humanā vitā (vt nos recte ammonet Aristoteles) minus verbis/ q̄ operibus creditur. Ergo omni opa vos virtuti dedicate: et Mantuanū poetam vos ita hortantem libenter audite.

Mantuanus.

Fidite virtuti: fortuna fugacior vndis

Non manet: et certam nescit habere domū.

Et vtinam quod est apud Clitophōtem: nostrū per omnē vitā esset officium eos qui nondū satis incitati sunt: ad virtutē prouocare. atqui quod optamus: vobis felicius cōtinget: si vestre nature benignitate trahamini. ita enī affectos maior gloria/ feliciorq; exitus manet. Valetē iam: et tandē felicitate fruamini.

Artificialis introductionis Iacobi
Fabri Stapulensis in decem libros
morales Aristotelis/ finis.

Aristoteles.

P

Philosophus in secundo Ethicorū dicit philosophiā moralē nō solū cōtēplationis esse gratia/ sed et actionis atq; secundū virtutē opationis: et quidē principalis. Nam cōsideratio ois de virtute ad actionē deinde faciendā refertur. Non enī (inquit) vt sciam⁹ quidnā sit virtus sed vt boni efficiamur: cōsiderationē de virtute facimus. Nam si sine opatione dūtaxat sciremus: ipsius nulla esset vtilitas. Vt et ars pulsandi cytharā esset ociosa/ si quis artē quidē calleret: sed nunq̄ secundū eam/ modulationē faceret. Quēadmodū igit̄ artū omnium vt pingendi et edificandi precepta discunt: vt tandē secundū ea fiat opatio. Ita et ars bene viuēdi tradita est et disci debet: vt eius regulis et preceptis homines boni euadant. Proinde Aristoteles eos improbat qui hanc morū disciplinā audiūt quidē: sed eam operi non accōmodant/ his verbis. Pleriq; (inquit) neq; iusta neq; tēperata agunt: ad sermones autē cōfugientes sese philosophari putant/ et studiosos hoc fore modo. Atq; p̄inde vt egroti faciūt: qui medicos quidē diligēter audiūt. nichil autē eorū agunt que p̄cipiunt ab illis. Vt igit̄ illis corpus nō benefese habebit si ita curātur: sic nec his animus plane/ si ita philosophant. hinc recte nos admonet Mantuanus.

Aristoteles.

Mantuanus.

De virtute loqui/ minimū: virtutibus vti
hoc Samsonis opus.


Plutarchus

Eudamidas

zenocrates.

Pantheodas.

Et a Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis memorie proditū est Eudamidā viso i Academia Zenocrate iam seniore qui cū familiaribus disputaret interrogasse: quisnam esset ille senex/ et qua de re differeret. Cui cū a quodā responsum esset illū et sapientē virū esse et ex eorū numero qui virtutē quererent: et quādo (inquit Eudamidas) ea vtetur si nunc ipsam primū querat/ Recte putans de virtute sermonē sine vsu modici esse momenti: et ad virtutis vsū nō minimo tēpore opus esse. Nec minus apte Pantheodas respōdit: cū philosophos in Academia/ multa admodū serua differētes audiret et interrogatus quid hi sermones ei viderent: quid vero aliud inquit q̄ boni/ Ceterum vtilitatis habentes nichil: si minus ipsis vtantur. Et senex quidā (vt idem auctor est) cum in Olympijs ludos qui pagebant spectare vellet/ sedendi autē locū nō haberet: in multos profectus locos/ a nemine recipiebatur. Qui enim cum vt suscepturi inuitabant: vbi accessisset non recipiebant. Vt autē petitis fere oibus ad lacedemonios venit spectatores: pueri omnes assurrexerunt/ pluresq; viri e sedilibus sese erigētes locū ei cessere. Ceteris autē grecis mirifice hoc facto delectatis/ ac summis laudibus Spartiatis efferentibus: senex vt canū mouit caput: barbāq; sensilem et lachrimasset: ait. heu misero michi: greci omnes que honesta sunt norunt: sed iis soli vtuntur lacedemonij. Ceteros notans grecos q; honesta que nouerant non pagerent: lacedemonios vero probās q; ea q̄ noscent accōmodarēt ad opus. Quocirca enitendū est nō de moribus grādīa sonare: sed facere. Nō acute virtutū p̄prietates/ officiorūq; differētiās discutere: sed ea exequi et exercere. quoniam opa sine ver-



bis laudi dantur: et sunt ad pmouēdos aliorū animos efficiētia. Vero sine operib⁹ nō modo nō profunt: sed et vehemēter officiunt vitāq; reddunt detestabilio. In desin. ... certe les ges et regule. Abunde tradita sunt pcepta: quibus bene/beatē uiuatur. Id reliquū est ea uditose seruare: et vitā scdm corū traditionē instituere. Quod intētū ma opera facere debēt: qui e. Tac di disciplina quē prestat fructū/ assequi volunt: et per pulcherrimas virtutū semitas ad ipsam fe titatis metam ptingere. Ea enim est hulusce artis precipua intentio: vt hominē ad suū/ ppiūmq; finem perducatur: et q̄maxime potest hac in vita perfectū reddat. Ad quod cū media ipsa toto open ostē derit: tandem finē ipm ad quē pducūt determinat/ eiusq; cōsideratione opus absoluit: cōcl. litq; de virtute determinationem. Quo nobis ostendat post diligentem virtutū acquisitionē si tantūm felicitatem adepti fuerimus: in illa vt extremo fine et humane pfectionis termino sistendum esse. Itaq; omnes hanc disciplinam edocti ita cōtendant per rectū virtutum callem progredi/ neq; ad abundantia neq; ad defectum declinando: vt ipsam deniq; felicitatem assequi valeāt. Porro ad vir tutē amplectendā nō modo optimus nature conditor nosipfos hortatur: qui aiam rationalē mor tali corpore clausit scientiarum virtutumq; capacem. Neq; sola item natura nos ad colendam vir tutē incitat: que vnūquodq; ad summā quā habere natū est pfectionē pducere semp annitit. Verū etiā et ipsius virtutis dignitas nō mediocriter animos nostros ad idipsum pmouere debet: q̄ sane tanta est vt nichil in mundo sensibili sit quod virtutē dignitate equet nedum exuperet. Ad hec tan ta eius est necessitas: vt sine ea nec recte vitā agere nec beatitudinis participes euadere possimus. Ipsa enim est vnica ad felicitatē via. Demū tanta eius utilitas/ q; preter eam nichil hoibus expeten dum videatur vt que sola cōmoditates plurimas afferat suo cultori: ipsumq; cōtra omnes aduer sitatū procellas munitissimū reddat. Quod ex Baptista Mantuano dilucidum euadit: ipsius virtu tis efficaciam et vim his carminibus describente.

Baptista
Mantuan⁹.

Sicut enim trepidate facit mens conscia culpe:
Sic animi simplex probitas et cognita virtus:
Efficit impaudum pectus. fugit impius vltro/
Iudiciumq; timet: frontem pius audet apertam
Tollere: nō regis vultum/ non iudicis ora/
Non rigidos lictorū enses formidat: vt acres
Non metuit flammam aurum/ non verbera ferri
Dura potens adamas/ nec onuste pondera palme.
Arx est ipsa sibi virtus/ ipsa cruit arces:
Ipsa feras hominēq; domat/ non horret inermis
Ire per hostiles cuneos iūmīcaq; castra
Hoc externa docent et nostre plurima gentis
Que facereut exempla fidem. Cur Scuola dextram.
Misit in ardentem prunas/ et brachia flammis
Exurenda dedit/ pauor est tot milibus vnus
Quem propriis virtus gladiis armauit et hasta.
Cur tranauit aquas Tiberinaq; flumina virgo/
Cui populus statuam posuit Rhomanus equestrem
Cloelia quo elipeo Tuscum quibus ensibus hostem
Vicit/ ei lorica fuit catapultaq; virtus.
Fortior vna viris/ ductibus prestantior vna
Cautior vna fuit mulier cui prouida virtus
Prestitit ingentes animos et ferrea corda:
Cum ducis ausa fuit correpto guttura cultro
Stringere et in peram caput insertare tyranni.
Regulus ad Lybicas iterum freta nauigat arces:
Impaudumq; vltro caput ad tormenta reportat.
Pretereo Christi passos imania testes
Funera: Laurentiq; ignes/ Pauliq; cathenas:
Atq; reuertentem sua per vestigia Petrum.
Aspice ridentem Siculi mandata tyranni
Zenonem: et regis versos in vulnera ciues.

Scuola.

Cloelia
Iudith



Sed quid tem minime dubio
Prosequi nihil est visum potentius.
Quod iam omnibus periuafun
tuten oblat: et ea duce ad felicitatem demum euehantur. Quod omnibus vel maxime imprecas
mure optamus.

Hec Mantuanus

Commentarii in moralem
introductionem decē
librorum Aristotē
telis finis.

Philippi prepositi Attrabatensis ad lecto
res carmen virtutis laudatorium.

Diuitiis nemo felix: nam copia rerum
Quauis assiduo parta labore perit.
Et senio vires et forma decentior annis
perditur: ac morbus corpora sana premit.
Vix bene momento manet illecebrosa voluptas:
Et fugiens stabilem nescit habere gradum.
Incluta sed virtus animum perfectius ornans
perstat: et auferri mente reposita nequit.
Non euo confecta graui post fata superstes
Durat: et ad celi tecta recludit iter.
Huic omnes igitur totis incumbite neruis:
Nempe feret vobis iste libellus opem.



Index eorū que in adiecto cōmētario annotatu diuina vīsa s̄

	Folio
Due ipsius boni admodum digne conditiones	4
Quod naturales ad virtutem potentie sint animi accidentarie affectiones	5
Nonnullas virtutū moralū in appetitu sensitivo vt subiecto collocandas esse.	5.
Quā sint fugiende voluptates his qui virtuti incumbere student	8
Consuetudinem ad comparandas virtutes magnū momentum habere.	8.
Q. fortitudo suos cultores imprimis celebres et memorabiles reddit.	12.
Visum/auditum et olfactum per accidens ad intemperantiam illicere.	14.
Quo pacto per liberalitatem in dando homo diuine beneficentie fit emulus.	15.
Auaritiam homines imprimis miseros et propemodum mente captos efficere	16
In quo vera humilitas potissimum consistere censenda est.	18
Apta laboris ex Baptista Mantuano descriptio	20
Dignitates et magistratus recte a magnanimo et modesto expeti.	18.21
Q. mansuetus ad clementiā declinādo: diuinā imitat in homines benignitatem.	22
Affabilem omnibus vt oportet cōuiuendo: Christi quoq; humanitatē emulari.	23
Q. dicere falsum non semper virtuti et recte rationi repugnet.	24.25
Iustitiam distributiua magis circa bonorū q̄ malorū dītributionem versari.	28
Iustitiam cōmutatiuā solū in mundo sensibili: distributiua vero etiā in supremo cōperiri.	28
Quo pacto deus ab hominibus et amandus et propiciandus est.	29.30
Q. ipsi patri celesti minus q̄ terreno potest fieri condigna retributio.	36.
Non modo regem per hereditariā successionem: sed et per electionem constitui posse.	36
Vim contēplatiua et cōsultatiua reipsa idem esse: et sola ratione discrepare.	39
Q. scientie diuinorū supramundanorumq; entiū symbolum habent.	39
Prudentiam polyticā Economica: et Economicā Monastica digniorem esse.	42
Quanta est sapientie supra prudentiā: et vite cōtemplatiue supra actiuam dignitas.	43.55
Quo pacto sese habere debet appetitus sensitivus ad rationalem.	46.
In incōtinentibus exemplo Medee et Scylle rationem appetitui sensitivo oblectari.	46
Quare verecundia etati iuuenili potius accōmodetur.	48
Quod inter sponte et inuite agere: item et inter volūtariē et iuoluntariē agere inuenit mediū.	50
Que ignorantia excusat peccatum: et que non.	51
Q. operatio et delectatio eam consequens reipsa dissident.	52.
Delectationes intellectuales magis q̄ corporales: supramūdanorū delectationibus assimilari.	53
Cur potius in virtutis officio q̄ delectatione ipsum cōsequēte felicitas collocanda sit.	55
Cur item potius in virtutis operatione q̄ ipsamet virtute cōstituenda sit felicitas.	55
Magna virtutis ex Baptista Mantuano commendatio	57

¶ Presens introductio moralis adiuncto familiari cōmētario declarata: absoluta est in Alma Parhisorū academia per Vvolfgangum hopilium et Henricū Stephanū in formularia litterarum arte socios Anno ab incarnatione domini virtutū 1502. septima Maij. Et inuenit hec introductio annotatūculis explanata: venalis in officina Cuniculorum iuxta scolas decretorū cum nōnullis alijs operibus philosophie studio non parū accōmodis.

